

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

DE BONI  
TATE DIVINA,  
Liber tertius.

ARGUMENTVM.

**D**E bonitate diuina liber tertius, agens præcipue de beatissima virgine Maria, quomodo in ea reluceat bonitas diuina quod in beneficis donisq; eidem collatis, per præcipias eiusdem festi uitates monstratur, diuiditur in titulos quinq; I de eiusdem Natiuitate. II de eiusdem Annuntiatione. III de Purificatiōe eius. IIII de Assumptione eiusdem. V de præconijs beatissimae matris eius Annæ. Atq; singuli hi tituli (ut supra) in exhortationes subdividentur.

NATIVITAS BEATAE  
Mariæ. Titulus primus.  
**C**uiusmodi & quibus sit gaudium de Natiuitate beatissime virginis Mariæ.  
Exhortatio I.

**N**ativitas tua dei genitrix virgo gaudium annuntiauit vniuerso mundo: exte em̄ ortus est sol iustitiae Christus deus noster, qui soluens maledictionem dedit benedictionem, & confundens mortem, donauit nobis vitam sempiternam: Istud hodierna solennitate, in laude dei & benedictæ matris eius de s

## DE BON. DIVINAL LIB. III. Fol. 109

uotissime per vniuersam ecclesiam decantat, & nos  
pro exhortationis nostræ themate assumimus. No-  
tum est quod qui claram diem & solis præsentiam de-  
siderant, in ortu auroræ gaudent, sicut patet de infir-  
mis, quibus nox periculosa, horribilis & tardiosa est.  
Similiter itenerantibus. Item quibus fructus terræ  
nascentium oportibilis est, eorum etiam floritio gau-  
dium est. Sic in proposito, quibus Christus Iesus de-  
us & salvator noster amabilis est, eius utiq; benedi-  
ctæ genitricis nativitas gaudiosa est. Ipse enim domi-  
nus Iesus clara dies est, & sol verus, sicut canimus: Di Ambrosi.  
es diem illuminās, verusq; sol illabere, &c. Amabilis in Hym.  
omnibus, & totus desiderabilis, sed non ijs q requie-  
& delicias in tenebris noctis i. peccatis & ignorantij  
huius mortalitatis ponūt, de qbus dicit sanctus Iob: Iob. 24  
Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: Non me  
videbit oculus, & operiet vultum suum. Perfodiunt  
in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & i-  
gnorant lucem. Si subito apparuerit aurora, arbitrā-  
tur vmbram mortis, & sic in tenebris quasi in luce Prover. 2  
ambulant. Et Sapiens ait: Qui lætantur cum malefe-  
cerint, & exultant in rebus pessimis. Tales, & omnes  
qui male agunt, non desiderant Christum dominum  
nec veniunt ad lucem, & ideo non gaudent ad ortū  
auroræ, sc; matris eius: Sed qui iſ firmi sunt, qui se  
pronos se ad malum aduertunt, & ad bonum diffici-  
les, qui se multipliciter peccatores considerant, qui  
miseriam suam tam animæ q corporis labilis tamia-  
que finiendæ præsentis vitæ agnoscent, qui præfens  
seculum pro itinere, non pro patria habent, qui mor-  
tem perpetuā in tenebris noctis huius imminere for-  
midant, hi præsentiam solis iustitiæ, Christi scilicet,  
exoptant, à q sibi salutis remedium puenire certissi-  
me credunt. A quo peccatores oīm plenariam remissi-  
onē pro expiatione, diuinā gratiam pro recōciliatio-  
ne, iustitiā (q communis virtus est), s. dilectionē dei

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

& proximi, hoc est, omnes virtutes pro animi cōforsatione, dei amicitiam iucundissimam & familiaritatem pro consolatione, & tandem eternam vitam pro beatificatione se recepturos fideliter confidunt. Hoc enim cantat ecclesia: Ex te ortus est sol iustitiae, Christus deus noster, qui soluens maledictionem, dedit benedictionem, & confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam. Hi ergo tales, & quibus frumentus iste (Christum Iesum dico) in quo oīa bona simul habentur, quibus inquam fructus iste acceptus, desideratus & sapidus est, norunt quid gaudij habet ortus floris virginis, de quo ipse fructus processit. Quapropter dilectissimi hortor dilectionē vestram, ut ea quā hic temporaliter delectare videntur, & vanā inimicāq; gaudia, plenarie relinquatis, ut citius ad perpetua & vera, atq; immensa gaudia peruenire valeatis, & etiam in hac vita p̄gustare ea ipsa gaudia, quod p̄statur omni mūdicordi. Solūmodo em̄ mundicors capax est huius gaudij, in cuius cōparatiōne gaudia mundi & carnis nulla sunt. De q̄ ferēt in Ecclesi. Non est census super censum salutis corporis & non est oblectamētū sup cordis gaudium. Et istud gaudij paradiso cōparat. Vnde dicit Aug. sup Gen. Lætitia bonae conscientiae, paradisus est. Sicut ergo stultus esset q̄ daret salutem corporis pro pecunia, & paradisum pro ista terrena, in qua sunt tantae miseriae, ita insanus est, q̄ pro gaudio cordis vero & diuino lumine & amore referto, accipit vana mundi gaudia. Et si quædā de mundo aut carne pro necessitate huius vitæ nobis seruauimus, q̄ aliqualiter delestant, vt est sumptio cibi & potus, necessaria indumenta, cella & vtenſilia eius, colloquium & visitatio amicorum, & si qua sunt huiusmodi, non pro eis irrationaliter & inordinate, & cū peccatis & offendionibus agendum est, nec quasi pro nostris, aut principalib; bonis, sed quasi pro nō nostris, & ex obliquo (vt ver-

Ecclesi. 30

Augustin.

bis utr beati Leonis Papæ) non amplectenda nequì Leo papa.  
 ter, sed transeunda sunt fortiter. Si ista modica scire  
 habere, & diligere delectat, quæ certissime amittenda  
 sunt, quid putamus fratres dilectissimi gaudiū habes-  
 bit, scientem omnia videre, ipsum amare (qui in insi-  
 nitum amabilis est) & ipsi inamissibiliter inhærente  
 & frui? De hoc gaudio dicit Bernardus: Hoc gaudium Bernard.  
 est tam magnum, quod non potest mēsurari, tam mul-  
 tum quod nō potest numerari, tam preciosum quod non potest  
 non potest estimari, tam copiosum quod non potest  
 finiri. Omnis enim scientia, omnis amor, & omne  
 gaudium ad comparationem illius sapientiæ, illius  
 amoris, illius gaudiū quod nobis paratur per Chri-  
 stum in celis, est quasi vna gutta ad vniuersum ma-  
 re. Igitur charissimi in hac solennitate, in qua nedū  
 nobis, sicut in festis aliorum sanctorum præstatur  
 exemplum & suffragium, sed etiam tanta salus & tā  
 ta gaudia recensentur, spiritali gaudio iucunde-  
 mur in domino, eidem psallentes & gratias agentes  
 & ex Apostolica largitione plenariam somnium  
 peccatorum absolutionem percipientes, quasi modo  
 geniti deinceps diligentissime peccata vitemus, gau-  
 dia peritura relinquamus, ut ad æterna gaudia (de  
 quibus iam diximus) peruenire valeamus.

**¶ Quomodo per beatissimam virginem  
 Mariam à tenebris peccatorum ad  
 lucem, hoc est Christum, duca:  
 mur. Exhortatio II**

**T**RANSITE ad me omnes qui concupiseitis me,  
 & à generationibus meis implemini. Ecclesi-  
 astici vigescimoquarto. Hodie charissimi na-  
 ra est gloriofa semper virgo Maria, sp̄si sancto plena

D. PETRI LEYDIS CAR THVS.

quæ nos ad suas nobilissimas generationes præmissis  
verbis inuitat. Etenim spiritus sanctus viuificator  
ecclesiæ & rector, instituit hæc verba legi & explanas-  
ri de ea, non minori autoritate, quā Iesus filius Sy-  
rach eadem de æterna sapientia conscripsit. Sciendū  
quod in omni motu, vel mutatione, oportet ponere  
terminum à quo, & terminum ad quem, & mediū &  
agens. Sic in proposito transitu, ad quem nos inui-  
tat gloria semper virgo Maria, oportet ponere ter-  
minum à quo recedere debeamus: & est vitiosa nos-  
stra generatio, de qua dominus in Euangelio: Gene-  
ratio praua & adultera. Et venient omnia, scilicet  
mala pœnæ, super generationem istam. Sumus enim  
generatio cui iratus est dominus. Ideo Apostolus  
ait: Omnes nascimur filij iræ. Quia in iniquitatibus  
concepti sumus. & in peccatis conceperunt nos ma-  
tres nostræ: Idcirco sensus & cogitatio humani cor-  
dis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Et His  
eremias ait: Prauum est cor hominis. De quo (aīt in  
Euangelio dominus) exeunt cogitationes malæ, ho-  
micidia, adulteria, fornicationes, furtæ, falsa testimo-  
nia, & blasphemiae. Sed quid necesse est multa per-  
currere, & in longum sermonem protrahere? Testi-  
monia enim omnium scripturarum, & quotidiana  
experiencia nos docet, quod generatio nostra corru-  
pta est & peruersa: quia spiritus noster non est subie-  
ctus deo, nec voluntas est conformis rationi, & caro  
concupiscit aquersus spiritum. Ex isto peruerso or-  
dine obscuratus est intellectus, peruersa est voluntas  
opera sunt iniqua, & innumerabilia fiunt peccata, q̄  
secundum sententiam sancti Iacobi, generant morte-  
nedum temporalem, sed etiā æternam. Ab hac infre-  
lici gñatiōe mater nostra ecclesis virgo Maria nos re-  
uocat, dicens: Trāsite ad mē oēs qui cōcupiscitis me,  
& à generationibus meis implemini. Nō ad æqualitat-  
& sui nos inuitat, cū ipsa sit sine peccato, imo plena

Matth. 12.

Matth. 23.

Eph. 2.

Psalm. 5.

Gen. 8.

Hiere. 17.

Matt. 15.

Galat. 5.

Iaco. 1.

DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 17

spiritu sancto genita, nec cōcupiscētiā, nec punitatem ad malū, nec difficultatē ad bonū, neq; malitiā hūs. Idcirco nec carnalis fuit, nec secularis nec turpis, nec vilis, quæ oīa in nobis experti sumus & experimur, sed solum diuinis fuit aptissima vīsibus. Ad aequalitatem igitur nos nō inuitat, sed ad conformitatē & seq̄iam, quatenus studeamus pro posse per gratiam dei (quæ omnibus gratis offertur) to mitem i.e. præacta mala in nobis nata refrenare & extingueare, genealogiam quoq; virtutum, earundemq; connexionē acc̄rere. Ipsa em̄ ait: Ego mater pulchræ dilectionis, & tū Eccl. 24  
 moris, & agnitionis, & sanctæ spei, in me gratia oīs  
 vītē & veritatis, in me oīs spes vītē & virtutis. Ecce  
 habemus gñā oīm virtutum, & connexionē, quæ ne-  
 dum in beatissima virgine Maria fuerunt, sed insup-  
 per eam tanq; p̄fissimam matrē nobis inpetran̄. Dile-  
 ctio pulchra, præ sui puritate & eminētia, dignissime  
 cunctis antefertur virtutibus, cui aptissime castus ti-  
 mor coniungitur, quia quanto quis deum magis dili-  
 git, tanto eūdē amplius reueretur & timet. Subiungit  
 agnitione, id est, fides, & spes, quæ vītē conformes sunt  
 sine dilectione, pulchrificantur autem & viuiscantur  
 per dilectionē. Præfertur tū fides spei, quia scriptum  
 est: Sperent in te qui nouerunt nomen tuum. Ecce Psalm. 9.  
 habemus theologicas virtutes fundamenta omni-  
 um virtutum tū comite dilectionis inseparabili, scz  
 timore casto. Deinde, gratia omnis vītē & veritatis  
 subiungitur. In quibus nobis innuitur, quod omnis  
 spiritualis vita & virtuosa, ex gratia est & sine p̄mixti-  
 one cōtrarij, ga debet esse in veritate. Falsa em̄ vītē  
 nō est virtus. Sicut scđm sanctū August. Simulata eq̄  
 tas non est æquitas. Ex qua gratia oritur spes vītē  
 futuræ, quæ erit in die virtutis in splendoribus san-  
 ctor̄. Hæc em̄ est generatio quærentiū dominū, q̄ren-  
 tiū faciem dei Iacob, in qua semp fuit gloriola virgo  
 Maria, q̄ scz ḡhatio nō est ex diabolo, neq; ex primis

c 5

Augustin.  
 Psalm. 1 e9  
 Psalm. 23.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Ioh.1.  
x, Ioh.5.  
Sapien.4.  
  
Bernard.  
  
Ignatius.  
Richard.  
  
Ephe.1.

parētib⁹ neq; ex nobis sed ex deo nati sūt, q̄ h̄mōi sūt  
De q̄ dicit S. Ioh. in Cano. sua: Scimus q̄m oīs q̄ nat⁹  
est ex deo, non peccat, sed generatio dei conseruat  
eum, & malignus non tanget eum. Ecce q̄ pulchra est  
casta generatio, q̄ non peccat, & est cū claritate gra-  
tia & perpetua gloria. Ad hanc nos invitat gloriofa  
virgo Maria dicendo: Transite ad me. Sic dicit, tran-  
site ad me, sicut dicit nauta volenti transire Renum.  
Non enim nauta est finis transiuntium, sed medium  
vel deductor. Ita & gloriofa virgo Maria non est fi-  
nis noster, sed mediatrix nostra, & in isto transitu in-  
ter terminum à quo, & inter terminum ad quē, est q̄s  
medium. Ideo dicit sanctus Bernardus rogando eā:  
Per te accessum habemus ad filium, o benedicta inter  
uentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis, vt p te  
suscipiat nos, qui per te datus est nobis. Et in eadem  
oratione: Domina nostra, mediatrix nostra, aduoca-  
ta nostra, &c. Ipsa est quæ imperat nobis salutē no-  
uæ generationis. Vnde ait diuus Ignatius: Impossib⁹  
le est aliquem saluari peccatorem, nisi per tuum au-  
xilium & fauorem. Et Richardus de sancto Victore  
Nihil à throno diuinæ munieris descendit, qđ per Ma-  
rię manus non transiit. Inuitat ergo nos beata Ma-  
ria ad generationes suas, quas vult nobis plenissime  
imperare, id est, vnicum filium suum Iesum Christū  
qui factus est nobis regeneratio, adoptio, reconcilia-  
tio, redemptio, & saluatio. Dicitur autem dominus Ie-  
sus generationes, quia in vna persona sunt manife-  
stissime duæ generationes. In eodem enim est genera-  
tio humana, & generatio diuina. Et ipse vñus & idem  
& vñica persona est Mariæ filius. Quem, quia aliter  
in hac vita habere non possumus, nisi per gratias su-  
as, & dona, atq; virtutes superius tactas, in futura ve-  
ro vita per claram visionem, fruitionem, tensionē,  
quæ omnia sunt quædam spirituales generationes:  
recte beata dei genitrix nos non ad suā gñationē, sed

generationes inuitat, dicens: Et à generationibus meis  
implemunt. De qua impletione ait Apo. vt impleamini  
nisi in oēm plenitudinem dei, hic sc; virtutum, post be- Ephesi. 3  
atitudinis. Ecce habemus hucus transitus terminū ad  
quē. Agēs vero sumus nosip̄i à spū sancto moti: g. s.  
spū sanctus est prīmū mouens immobile. Occupisē  
do ergo gradimur. Nemo em̄ (secundum Ambro.) Ie- Ambrosi.  
sum cum desidia querit, sed amando. De quo Augu.  
imus non ambulando, sed amādo: Et alibi idem: Nō  
gressibus corporis, sed affectibus mentis. s. ambulamus  
O vtinā efficaciter à spū sancto moueremur. O vtinā  
motui spū sancti q̄um in nobis est, efficaciter satisfa-  
ceremus. O vtinā nō damnosissime, indulta ad pœni-  
tendum, ad ornandum nos virtutibus, ad cumulandum  
merita, tēpora amitteremus. O vtinā circa mortifica-  
tiones, & circa diuina officia, & ardētia desideria nō  
ita acediaremur. Ingrēditur interdum bestia acedia  
domū mentis noſt̄, inducens hyemē grauissimam  
rigescunt oīa præ nimio frigore. Non placent exerci-  
tia spiritualia, mortifications, lectiones, orationes.  
Nil videtur nisi glacies. i. duritia cordis, grando im-  
patientiæ & iræ, & amaritudinis mentis, nix obnu-  
bilationis, & tristitiae, & anxietatis animi, tempestas  
magna tērationis. Non libet ambulare pér affectū in Matth. 24  
deum, q̄a scriptū est: Non fiat fuga vestra hyeme, vel  
sabbato. Sunt qui sabbatisant sabbatum delicatū, nō Isaiae. 58  
deo, sed sibi: qui colunt carnem suam, & pro magno  
habent delicias sensuū, & seculi vanitatem. Sunt qui  
plus colunt intellectū q̄ affectū, & magis insistunt ac  
quirendis scientijs, q̄ diuinis se conformare benepla-  
citis. Hi omnes facere non præualent transitum ad  
quem beata virgo Maria nos inuitat, quia acediosi  
frigore constringuntur, & delicati sabbato impe-  
diuntur. Excutiamus nos dilectissimi isto pessimo  
corpore & virulenta curiositare, & toto cordis  
affectu ad dei genitricis felicissimas & deliciosaſſimās

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

generaciones accurramus. Attendamus quanto affe<sup>c</sup>tu dominus Iesu, & p̄issima domina Maria mater eius, nostram salutem desiderant. Desiderat & tota curia coelestis, Omnes enim charitate feruent, ergo ardentissime salutem nostram zelant. Erubescamus in oculis eorum (qui vtq; nos in deo vident) de torporre & negligentia propriæ salutis. Satagamus veraciter esse, quales nos homines esse arbitrantur, scilicet spirituales, & Carthusienies, id est, carnem tundētes ne nobis contingat quod beatus Effrem in libro de Compunctione dicit: Timendum est, inquit, & tremendum, ne forte q; nos hic constitutos laudibus efferūt illic nos deridere incipient.

Effrem.

Beatae Mariæ pulchritudo quomodo  
nobis imitanda. Exhortatio III.



Ora pulchra es amica mea, & macula non est in te. Canticorum 4. Scitis chartissimi qualiter humani generis pulchritudo originalis, suadente diabolo authore omnis turpitudinis, amissa est Sed nolens ingernū irasci deus, nec cōtinere in ira sua misericordias suas, misericors & misericordia dominus, statim maledicēs serpenti, id est diabolo: Inimicitias ponam inter te, inquit, & mulierē, & semen tuum, & semen illius. Ipsa conteret caput tuum, promittens per hoc se suscitarum humano generi mulierem, per cuius amicitiam & pulchritudinem originaliter: & eius semen, hoc est, filium suū, efficaciter contractæ inimicitæ soluerentur, & amissa pulchritudo redderetur. Cum ergo in toto mundo talis mulier non inueniretur, multo tempore, tādem post longitudinem dierum, cum quereretur adolescentula speciosa in omnibus finibus Israhel, inuenita est Abisag sunamitis, quę interpretatur patris mei incensum siue holocaustum, scilicet beatissima vir-

Psalm. 78

Genesi, 3

3. Reg. 1  
Abisag qd

go Maria, diuino igni deo patri in odorem suauitas  
tis totaliter incensa, puella pulchra nimis, cuius spes  
cies digna esset cœli & terræ imperio, vt fieret regis  
na in Israhel, dormiret rex Dauid in sinu suo, id est,  
Christus in utero suo, quamuis incorrupta virgo pse  
manceret. Quapropter hodie ei nascenti, vt ipsius pecte  
ris omnibus electionem exprimeret, non incongrue  
dominus ad eam dixisse introducitur: Tota pulchra  
es amica mea, &c. In quibus verbis perfectus decor  
pulchritudinis eius innuitur. Secundo, parentia ois  
maculosæ turpitudinis astruitur. Quoad primum sci  
endum, quod triplex est pulchritudo. Prima est natu  
ralis progenie. Secunda corporalis effigie. Tertia  
spiritualis manerie. Beatissima ergo virgo Maria fu  
it pulcherrima nobilitate genealogiae sive progeniei  
quia inter omnes lineas generationum ab Adâ quor  
sumcunq' tendentes linea generationis Christi & Ma  
riæ est dignissima. Tum propter diuinam electionem  
sibi in illa specialiter complacentem. Omnis enim no  
bilitas ex electione ortum habet. Ab initio semper Nobilitas  
aliqui eligebantur in rectores communitatis, qui no  
tabiles erant, & sic nobilitabantur propter notam fin  
gularis probitatis. Hanc autem genealogiam elegit de  
us præ omnibus, & priuilegiauit, & sanctificauit eam  
vt de ea nasceretur. Quapropter voluit vt ab alijs gene  
alogijs in vita sanctitate, in iudicialibus & in cere  
monialibus secerneretur, vt patet in cursu veteris  
testamenti. Quod etiam Psalmista innuit dicendo: Psalm. 147  
Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nō ma  
nifestauit eis. Et Moses in libro Numerorum, princi  
pes Israel nobilissimos appellat, inter quos nobilior  
erat Aminadab, de quo descēdit gloriosissima virgo  
Maria. Tum etiam propter personas nobilissimas  
atq' dignissimas in hac genealogia existentes, sicut  
sunt Abraham, Isaac, & Iacob, & alijs innumeri vsq'  
ad Christum, qui carnaliter non genuit, sed conces

Pulchritus  
do triplex

Nobilitas  
vnde oria  
tur.

Psalm. 147

Numer. x

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Ioh. 2

pit lineam spiritualis generationis : Quandoquidem omnibus qui receperunt eum, dedit potestatem filios dei fieri. Secundo beatissima virgo Maria fuit pulcherrima pulchritudine corporalis effigiei, siue physiognomiae. Decens namque erat, ut spiritus sanctus (qui specialiter operatus est humanitate Christi Iesu, & Mariæ) non solum secundum animam, verum etiam secundum corpus optimo modo, atque nobilissimo illos ornaret atque decoraret, ut nihil eis deesset decoris naturae, sicut nihil defuit de donis gratiae: præfertim cum exterior homo soleat esse speculum interioris, iuxta illud Sapientia hominis lucet in vultu eius. Et secundum illam regulam artis physiognomiae: Animæ sequuntur corpora. Insuper quia dominus Iesus principium esse debebat virtutis spiritualis, sua eleganter nendum esse debebat decentissima secundum formam naturae, sed etiam secundum formam morum, ut scilicet facies Christi ad eadem homines optime obiectu moueret, quod ipse docere venerat, videlicet ad pietatem, ad misericordiam, & cetera huiusmodi, ut non solù verbo, sed

Matth. 22

& physiognomia clamaret: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Nec minus decuit quod Maria mater eius talis facietenus reluceret, qualem matrem dei, reginam cœli & terrae, ad intra esse oportebat. Hinc est, quod de ipsa specialiter dicit, quod scilicet, nunquam aliquem eam aspicientem tentauerit, aut ad inordinatum concupiscentia prouocauerit, sed

Dionyfius

potius ad deuotionem, ad castitatem, ad humilitatem, & cetera virtutum insignia. Eapropter magnus Dionyfius: cū post multa & longa desideria tandem eam vidiisset, atque eius physiognomia diligenter fuisse intuitus, dixisse legitur: Si mihi de tuo filio dictum non fuisse, facile te crederem esse dea. Tertio beatissima virgo Maria fuit pulcherrima spirituali decore virtutum. Sunt autem triplices virtutes. Quædam dicuntur

Virtutes  
triplices,

naturales, quæ scilicet insunt à natura, ut naturalis  
industria ad opera prudentiæ vel artificialia, sive ad  
actus sapientiæ vel scientiæ; & hoc ex parte virtu-  
tis cognitiuæ, & naturalis inclinatio ad opera mo-  
ralia, id est, ad opera iustitiæ, temperantia, fortitudi-  
nis, mansuetudinis, & cæterarum huiusmodi, & hoc  
ex patre virtutis appetituæ. Et nominantur hæ vir-  
tutes sicut acquisitæ cum adiunctione istius nominis  
naturalis, scilicet dicendo, est mansuetudo naturalis,  
est continentia naturalis, est misericordia naturalis,  
& sic de cæteris. Et qui habet hæc naturalia bona  
& dona, habet utilissima principia ad acquirendas  
virtutes morales, quando per rationem bene regun-  
tur. Alias sunt etiam periculosæ, quia quando non  
reguntur ratione, inclinant ad vitia. Sicut exem-  
pli gratia: Misericordia naturalis nisi freno rati-  
onis regatur, inclinat ad remissionem. Naturalis  
enim virtus inclinat ad unum oppositorum, sed ras-  
tio ad utrumque pro diuersitate, prout expedit & lis-  
cet. Hanc vero naturalem indolem decuit beatissi-  
mam virginem M A R I A M habere, ex qua in  
creata sapientia, in quam nihil inquinatum incur-  
rit, voluit sibi naturam purissimam pro salute nostra  
assumere: ut esset speciosus forma præ filii homi-  
num. Vnde dicit quidam D O C T O R, qd  
nulla proles illius sexus vnquam tantum appropin-  
quavit integritati naturæ status innocentia, sicut be-  
atissima virgo M A R I A. Aliæ virtutes sunt  
quæ dicuntur acquisitæ, ex actibus videlicet frequen-  
tatis, vt sunt virtutes cardinales & morales, ac intel-  
lectuales, quæ hominem dirigunt in finem natura-  
lem. Naturale siquidem est omnibus potentijs ani-  
ma reseruatiuis, vt ex actibus earum interioribus fre-  
quentatis, generet habitus ad cōsimiles actus inclina-  
tiui. Exempli gratia. Qui sepe se humiliauit, dispositus

Sapie. 7.

Psalm. 44

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

est & aptus ad facile & delectabiliter se humiliandū. Simile est de obedientia, patientia, sobrietate & aliis virtutibus. Idcirco valde vtile est sēpe habere propositum benefaciendi, & peccata vitandi in particulari magis quam in generali: quia actus sunt particularium. Aliæ sunt virtutes, quæ non acquiruntur per actus frequentatos, sed infunduntur à deo, ut sunt virtutes theologicæ, fides, spes, & caritas, & etiam gratia gratum faciens. Et hæ dirigunt hominem modo quodam superhumano ad finem super naturalem. Et ideo acquisitione earum excedit limites humanæ potentiarum, quis possit de congruo se homo disponere, quod spiritus sanctus sibi huiusmodi insundat. De talibus virtutibus intelligitur diffinitio Aug.

**August.**  
**Virtutis**  
**diffinitio.**

**Hierony.**

**Cantic.4.**

est & aptus ad facile & delectabiliter se humiliandū. Simile est de obedientia, patientia, sobrietate & aliis virtutibus. Idcirco valde vtile est sēpe habere propositum benefaciendi, & peccata vitandi in particulari magis quam in generali: quia actus sunt particularium. Aliæ sunt virtutes, quæ non acquiruntur per actus frequentatos, sed infunduntur à deo, ut sunt virtutes theologicæ, fides, spes, & caritas, & etiam gratia gratum faciens. Et hæ dirigunt hominem modo quodam superhumano ad finem super naturalem. Et ideo acquisitione earum excedit limites humanæ potentiarum, quis possit de congruo se homo disponere, quod spiritus sanctus sibi huiusmodi insundat. De talibus virtutibus intelligitur diffinitio Aug.

Virtus est bona qualitas mentis, qua recte vivitur, qua nullus male vivitur, quam deus in nobis sine nobis operatur. His virtutibus beatissima virgo Maria hodie genita excellentissime ornata fuit & decorata ut pulchrior esset omnibus hominibus. Quia secundum sanctum Hieronymum si ea diligentius aspicias, nihil virtutis est, nihil speciositatis, nihil spendoris & gloriae quod in ea non resplendeat, quæ sanctis oris est vivieris, &c. Decuit enim domum domini ois sanctitudo, quam ipse sanctus sanctorum inhabita re voluit, atque de ea procedere tamquam sponsus de thalamo suo. Bene ergo dicitur de ea: Tota pulchra es amica mea. In eo autem quod sequitur: Et macula non est in te, astruitur carentia omnis maculosæ turpitudinis, ut prædictum est. Non enim in ea potuit esse macula, in qua omnis reluxit pulchritudo: cum contraria non compatiatur se simul in eodem. O igitur quam gloriose de radice Iesse hodie virgo versans egressa est, vniuersa pulchritudine, omniumq; infusarum virtutum viriditate, nec non & gratiæ atque benedictionum affluentia amoenissima! Quam charissimi fratres in schola virtutum, in schola in

Iesu Christi positi, pro posse imitari studeamus. Qui  
 habent bona naturalia, qui scilicet sunt laeti, amorosi  
 mansueti, misericordes, compassiui, &c. studeant per  
 rationem virtuose se in illis moderari, & applicare  
 ad veras virtutes, & amorem dei. Qui vero sunt tri-  
 stes passionati, duri, iracundi, &c. non turbentur ex  
 hoc, sed per rationem ad oppositas passiones, & natu-  
 ralia se inclinent, ut medium virtutis adipisci valeat.  
 Et quamvis tales labores maiores sentiant quam pri-  
 mi, tamen meritum eis crescit, citius purgatur, & cum  
 labore virtutes acquisitæ amplius perseverant. Omnes  
 autem nos pariter toto corde ad culmina virtutum,  
 & charitatis perfectionem conemur ascendere. Seni-  
 ores experti iunioribus exempla & monita salutis  
 præbeant. Iuniores vero expertorum concilia tene-  
 ant ne pericitentur. Non enim potest aliquis in  
 quacunque etiam arte similesse discipulus & magi-  
 ster. Unde bonus pater in libro de imitatione Christi  
 dicit: Qui adhuc novi sunt & inexperti in via domi-  
 ni (nisi consilio discretorum se regant) facilius deci-  
 pi possunt & elidi. Quod si suum sentire magis sequi  
 quam alijs exercitatis credere volunt, erit eis pericu-  
 losus exitus, si tamen retrahi a proprio conceptu no-  
 valuerint. Raro sibiipsis sapientes, ab alijs regi humili-  
 liter patiuntur. Hæc ille. Itaque charissimi, in hac  
 sacra schola adornemus nos virtutibus, & per peni-  
 tentiam abstergamus maculas criminum, quatenus  
 hæc benedicta congregatio seu ecclesia audire mere-  
 atur a domino: Tota pulchra es amica mea, & ma-  
 cula non est in te.

**M**ariam matrem esse fidelium, regi  
 namque misericordiae. Explanatio  
 cantici Salve regina, & ceter.  
 Exhortatio III.

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.



Alue regina misericordie. Hodie nō dñe nobis vere miseriſ in deo iubilandū est cordiali iucūditate charissimi & in diuinis laudibus sonoris vocibus exultā dum pro cōſolatione cōlitus missa: q̄a

Augustiſ  
nus

mater misericordiae & aternæ ſalutis, hodie nobis genita eſt. Auguſti: Adeſt dies facratiſ ſima, dies celeberrima, in qua virgo Maria ſuper omnes mulieres benedicta, generofa ſua natuitate mun dum conſolatur vniuerſum. Nam mater eſt ecclie fluctuantis nauiculae, ut cantat ecclie. Et non ſolū mater eſt ecclie in generali, ſed etiam omnium & ſingulorū. Ambroſius: Sicut Christus omnium creſcentium eſt frater. ſic Maria omnium fidelium eſt ma ter. Et Bernarduſ ad Marā ait: Tu mater rei, tu ma ter dei, tu mater exulſ, tu mater iudicis. Sed haec ma ternitas & filiatio, eſt adoptiuia. Sicut enim deus pa ter dedit nobis adoptionis ſpiritu, in quo clamam abba pater: ſic dedit in eodem ſpiritu acclamare Ma riam matrem. Iſla enim aſſumpta eſt in conſortem regni, de quo regno ſcriptum eſt: Filij autē regni. Et: Adueniat regnum tuum. Et: Beati pauperes iſpiritu, quoniam iſlorum eſt regnum coſorium. Dedit quippe nobis potestate in filios dei fieri, conſequenter & Mariæ. Si autem filij facti fuerimus, etiam haere des regni erimus. Haere des quidem dei, cohæredes autē Christi, filij dei & Mariæ. Quapropter ſecundum Bernardū, ſuppliciter & effaciter ſalutis noſtræ nego tia pertractat, tanquam mater misericordiae, ma ter exulſ, mater peccatorum, & mater iudicis.

Ambroſius  
Bernardus

Roma.8

Matt.13  
Matt.6  
Matt.5  
Ioh.1  
Rom.8

Bernard.

Ioh.19

Cura quippe de nobis iſpi commiſſa eſt, quando in cruce dixit ei dominus de I O H A N N E: Ecce filius tuus. I O H A N N E ſinterpretatur dei gra tia. Filij igitur gratiae (qui ſunt & regni) iſpi com mifſi ſunt, quamvis ſint peccatores, quia ex peccato ribus efficiuntur filij gratiae & regni; iuxta illud; Nō

veni vocare iustos, sed peccatores, scilicet ad gratiā Matth,<sup>9</sup>  
 & regnum. Idcirco securum accessum ad Mariam ha-  
 bere debemus, sicut ad propriam matrem: non enim  
 repellat nos. Vnde rursus Bernardus : O peccator, si Bernard,  
 ad maiestatem dei non audes accedere, non liquefias  
 quasi cera à facie ignis: sed vade ad matrem miseri-  
 cordiæ, ostende ei tuorum peccatorum vulnera: &  
 ipsa pro te ostendet filio suo materna vbera, & filius  
 ostendet patri pro te latus & vulnera. Pater non ne  
 gabit filio postulanti, nec filius matri interpellanti,  
 nec mater negabit peccatori flenti. Hæc est charissi-  
 mi præsentis diei materia gaudiorum, quia nata est  
 nobis hodie saluatrix & mater salutis: mater (inq)  
 gratiæ & gloriæ. Nihil enim nos deus habere vo-  
 luit (quod à throno dei descendit) quin per M A-  
 R I AE manus transferit. Nam quicquid spei, qe-  
 quid salutis & gratiæ in nobis est, ex ea nouimus res  
 dundare. Idem deus redempturus genus humanū,  
 totum precium posuit in M A R I A. Ex quo  
 ergo habemus eam matrem, ideo quotidie transmit-  
 timus ei salutationes & literas, petendo ut impetreret  
 nobis à patre reuocationem à miseria (in qua degis-  
 mus) ad regnum, more filiorum nobilium, qui ex-  
 tra regnum missi sunt pro moribus aut literis addis-  
 scandis. Missiva autem quam matri nostræ M A-  
 R I AE, ecclii reginæ transmittimus, ita sonat: Sal-  
 ue regina misericordiæ, & cætera. Quam toties ei  
 mittimus, quoties eam devote legimus, aut canta-  
 mus. In qua primo matrem nostram venerabili-  
 ter salutamus. Secundo, benevolentiam eius ca-  
 ptamus. Tertio causam & negotium nostrum in-  
 sinuamus, exponendo miseriā nostrā, & petendo subsi-  
 dium. Vtimo devote ei valefacimus. Venerabiliter  
 matrem nostram salutamus, cum dicimus: [Salve re-  
 gina misericordiæ.] Filii quippe reginæ propter ve-  
 nerationem patrem regem & matrē appellat reginā.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Ipsa vero mater nostra est regina cœli, sponsa regis  
cœli, & inater. Sed cur potius eam reginam misericordiæ  
appellamus, quam cœli aut iustitiae, aut alicuius  
exteriorum? Dico, quod ea de causa, quia ma-  
trem nostram, misericordem in causa nostra inuenis-  
re cupimus. Quando enim aliquis alteri scribit, talē  
cum appellat qualē eum vult experiri in negotio  
suo. Videlicet, iustum dicit quem querit iudicem, po-  
tentem quem petit auxiliatorem, amicum quem q̄  
rit fauorabilem, &c. Et vere ipsa quam peccatum mite  
ricordeim, supereminet in misericordia. Bernardus:

Bernard.

Quis misericordiæ tuæ o beneplacita, latitudine, altitu-  
dine & profunditate poterit inuestigare? Idcirco assumi-  
latur oiuæ, quæ sicut supeminer oibus liquoribus;  
ita misericordia eius omnibus aliorum sanctorum mise-  
rationibus. Benevolētiā matris nostræ capramus,  
dum dicimus [Vita, dulcedo, & spes nostra, salve]. O  
quātis amaritudinibus repletur vita nostra. Ex mor-  
talitate, (cū mors sit oīm amarissima) ex quotidia-  
na corruptione, doloribus, infirmitatibus, tentatio-  
nibus, passionibus, peccatis, remorsu propria cōscie-  
tiæ, ex timore diuinæ offenſæ & gehennæ, &c. Sed  
cum ad memoriam reducimus matrem nostram Ma-  
riam innocentissimam, quæ nunquam deum offendit  
quæ nunquam displicuit, sed semper placuit, quæ do-  
nis naturalibus, & gratiis, & gloriis super omnē  
puram creaturam extitit ornata, quæ deū nobis ges-  
nuit salvatorem: & hanc nostram fore matrem, & no-  
stri sollicite curam gerentem, omni dulcedine & gau-  
dio pfundimur, & rapimur ad fiduciam. Quod ipa-  
duvertens, totam se nobis benevolentissimam expos-  
tit. Non enim ignorat deuotionem & fiduciam, q̄  
habemus ad eam. Gregorius: Quid ignorare po-  
test, in qua æterna sapientia & plenitudo diuinita-  
tis inhabitauit? Intentum nostrum insinuamus, ostē-  
cēdo q̄ miseri sumus, cū dicimus: [Ad te clamamus

Gregor.

DE BONI. DIVINA LIB.III Fol. 217.

exules filij Euæ.] Peccatum quippe originale quod ab Eua contraximus, nos à regno dei exules fecit, & in omnem quam patimur miseriam adduxit. Clamain⁹ ergo, quasi violentiā pasū, cū pro alieno peccato iuste grauem pœnam toleramus. Aliam miseriam insinuamus, cum dicimus: [Ad te suspiramus gementes & flentes in hac lachrymarum valle] Hic propria pœcata innuantur, pro quibus non clamamus q̄si vim passi, sed suspiramus, quia propria iniuitate volūtarie commisimus peccata, siue venialia, siue mortalia. Quapropter dignum est, quod volūtarie nos a filigamus in fleribus & gemitibus. Et inde redditur locus vitæ nostræ, vallis lachrymarum: siue gemamus pro venialibus, siue fleamus pro mortalibus. Subsidium perimus, dum dicimus: [Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende benignum.] Adeamus charissimi cum fiducia ad thronum gratiæ eius, non repellat nos, quia mater nostra est, nec in causa deficiet, quia prudens & diligens aduocata est. Ideo dicit Hilarius super Matthæum: Quantumcunque quis obnoxius fuerit peccato, si Mariæ deuotus existit, nunquam in æternum peribit. Idcirco hortatur Bernardus: Si es Bernard. in angustijs, in terum dubijs, si in necessitatibus, Maria cogita, Mariæ inuoca, ipsa te tenente non corruis ipsa te protegente securus es. Hoc (teste Iacobo Iano ense) experti fuerunt monachi post matutinas inani ter silentium frangētes, qui à dæmonibus morti traxiti fuissent, si non subito Mariam inuocassent. Postremo matri nostræ valefacimus, cum dicimus: [O clemēs, O pia, O dulcis Marria] Subaudis, vale, & nostri memoriam habe. Tales enim virtutes finiendo missuam matri nostræ ascribimus, quibus ea quæ pétuimus sibi ad memoriam reuocamus. Clemētia quid.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Pietas

peccatum originale, ex quo originem sumpfit omnis  
pœna. Vere clemens est mater nostra, quia ait Bernardus: Deus Mariam clementem creavit, ut nostræ ne  
cessitati & indigetia succurreret. Pietas vero ad oia  
alia peccata valet. Pietas est proprius cultus filiorum  
ad parentes. Quod si parentes, vel superiores cultum  
impenderint filiis, aut inferioribus, dicitur magna,  
vel maxima pietas. Vere pia est mater nostra, quia  
sinum pietatis omnibus aperit. Augustinus in libro  
Retractionum: Scio me perire non posse, præ nisi  
mia pietate Mariæ. Dulcedo significat interioris ho-  
minis requiem, fiduciam ad deum, & assabilitatem ad  
proximum. Hæc valet ad impetrandum subsidium  
& ad ostendendum nobis Iesum benignum. Ver dul-  
cis est mater nostra. Bernardus: Quid ad Mariam tre-  
pidat accedere humana fragilitas, nihil auferum, nē  
in terribile est in ea: sed tota suavis & mitis est, id  
est, dulcis. Hanc misericordiam matri nostræ cum alijs fa-  
lutionibus frequenter deuote transmitramus, ut  
eius interuentu citius à præsenti miseria liberemur,  
& gaudijs cœlestis regni perfruamur.

Dulcedo.

¶ Quarundam sententiarum, quæ in ho-  
rarīs precibus beatæ Mariæ appli-  
cantur, elucidatio. Exhort. V.



Vasi myrrha electa, dedi suavitatem or-  
doris. Ecclesiastici 24. Hodie (vt nos sitis  
charissimi) corpoream glorioſissimę dei  
genitricis Mariæ colimus nativitatem  
Ex ea autem dei nomen eius suauissi-  
mum crevit in terra, & nō derelinque-  
tur in secula, sed requiretur à generatione in genera-  
tionem, & usq; in sempiternum. Sed quid nobis pros-

## DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 218

desset nativitatis eius solennius interesse, odoris quo  
 que eius suavitate temporaliter perfundi, si non con  
 tingeret nos meritis eius & exemplo in gratia & vir  
 turibus spiritualiter renasci, ut æternaliter eius alti  
 tudinem excellentiae contemplari, iucunditate quoq;  
 omnimodè incorruptionis eius perfrui mereremur?  
 Speculari quippe altitudinem gloriæ suæ, & congau  
 dere felicitati eius in futuro seculo valemus, sed ad  
 æqualitatem eius ascendere non possumus. Nam  
 nos vita viuimus tantum, post mortem autem non  
 erit tale nomen nostrum. Quapropter capitula  
 quibus nobis in vesperis & completorio in quotidi  
 anis horis suis loquitur ad incitandum nos in deside  
 riū videndi excellentiam eius in vita futura, & si  
 bi congaudendum, non habent responsoria, quia nō  
 possumus respondere per ascensum tantæ altitudini  
 & felicitati. Attamen si odore myrtino eius attracti,  
 secundum sententiam capitulorum prædictorum in  
 nouitate vitæ renati tuerimus ad contemplandum &  
 congaudendum ei admittemur. Videamus ergo quid  
 per capita præfata nobis innuat gloriofa virgo  
 Maria: Quasi cedus exaltata sum in libano, &cæte.  
 Quæ verba quamvis de æterna sapientia scripta sint  
 tamen ipse D O M I N V S I E S V S hæc suæ be  
 nedictæ matri accommodauit. Non enim est mis  
 noris authoritatis quod ecclesia sponsa Christi, per  
 spiritum sanctum instituit, quād quod prophetæ per  
 eundem spiritum sanctum de Christo & matre eius  
 & alijs pronuntiaverunt, prout testatur in quodam  
 sermone sanctus mellifluus Doctor BER.NARDVS.  
 Dicit ergo ad vespertas mater Iesu Maria: Quasi  
 cedrus, &cætera. Quid autem ceteræ horæ re  
 præsentant, dixi in sermone tertia de Assumptione Vesperæ  
 eius. Vesperæ autem videntur repræsentare tempus qd repre  
 senteret fuit inter separationem animæ eius & corpo  
 ris sepulturæ. Quia & Christus dñs hora vespertina Iohann.19

Eccl. 27

Authoris  
tas ecclæ.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

de cruce depositus fuit , corpore iam exanimi : sed hora completorij sepultus . Dicit ergo gloria dei genitrix , in anima assumpta , omnibus tidelibus tunc & nunc existentibus : Quasi cedrus exaltata sum in libano , & quasi cypresus in monte Sion , quasi palma exaltata sum in Cades , & quasi plantatio rose in Hiericho , quasi diceret : Nolite me flere , quia morte cederim , eo quod videtis corporis cadauer , sed potius congratulamini mihi , quia excellentissime præce teris omnibus exaltata sum . Ita enim arbores , licet alibi crescant , tamen non adeo excellenter sicut in locis hic expressis . Idcirco hic cum locis exprimitur , ut excellentiam singularem denotent . Nam etiam per ipsas arbores , locisq; ipsorum merita tantæ excellentiae eius epiloganter denontantur . Per cedrum in libano , virtutes in actua vita , & cypressum in monte Sion , virtutes in vita contemplativa , per palmam in Cades viriditas , id est , continuatio & per seuerantia in sanctificatione , vel puritate cum atestatione iudicij , id est , conscientia : per plantationem rosæ , siue rubæ , siue albæ in Hiericho , spirituale martyrium & puritas virginalis cum fecunditate pro his diuinae in eccllesia designatur . Ut autem exaltationem gloriosissimæ virginis aeternaliter contemplari mereamur , quam tamen assequi non valemus , has virtutes imitemur . Simus in Libano , qui candidatio interpretatur , quia candet niuib; & actiuam vitam representat , eo quod ipsa consistat in hoc , q; ita proximus deseruire quis debet , vt tamen immaculatum se ab hoc seculo custodiat . Simus in qua in libano quasi cedrus , quæ arbor est ardoris humoris , & est imputabilis , quia sic debemus proximis ministrare in infirmitatibus & temptationibus , vt tamen carnali affectione , vel immunditia non corrumpanur . Est durabilis , quia debemus in operibus misericordie perseverare . Non exterminatur secundum Isidorum à ti-

Libanus.

Cedrus.

## DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 219

Nea, vel teredine, id est, vermiculo ligni, quia debemus nos custodire in tam sancto opere à vana gloria, & superbia. Est altissima & omnium arborum dominia & regina. Est pulcherrima, semper retinens viorem suum, quia hæc vita ab omnibus aspicitur, & sicut pulcherrima commendatur, & semper retinet viorem, quia post mortem adhuc hæret memorie hominum, & inde loquuntur, etiam plus quam de contemplativa, quia ipsa contemplativa non agnoscitur nec videatur, nec est adeo fœcunda. Est odorifera, & oīa venenosa fugat, quia generat optimam famam, & ex emplo sui alios quosq; adificat, & à mala vita ad conversionem religiosam adducit. Simus in monte Sion( qui speculatio interpretatur, & contemplatiua vitam designat) quasi cypressus, quæ est arbor impunctabilis, & à rotunditate in acumen erigitur, quia contemplatio nostra non debet esse philosophica, q; est propter perfectionem contemplantis, & ideo sicut in intellectu. Nec debet esse de vilibus & perituris rebus, sed debet contemplatio nostra esse theologica, siue sanctorum, quæ est propter amorem contemplati, scilicet dei: & ideo non sicut in intellectu per cognitionem, sed transit ad effectum per amorem, nec est de perituris rebus & putribilib;, sed de æternis, & de rotunditate universitatis creaturarum erigitur in acumen diuinitatis. O charissimi fratres, non debemus ponere gaudium nostrum, nec pacem, nec amore, nec studium, nec occupationem die nocturno, nisi in solo dñe deo nostro tantummodo, vel propter eum. Simus etiam in Cades, quæ interpretatur sanctificatio, ubi etiam erit iudicium, & properea dictamen conscientiae designat, sicut palma quæ iugiter viorem habet & fructus dulcissimos. Quia sanctitas nostra debet semper virescere & florere in virtutibus, fructificare fructus dulcissimos præmiorum æternæ felicitatis, cum testimonio conscientiae puræ in vero

Cypressus

 Cadis in  
terpretatio.  
Cades qd  
designet.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Iudicij lo-  
cus quis  
Per palmā  
quid desi-  
gnatur.  
Psalm.91  
Gregor,

iudicio quia in Cades seruabitur iudicium. Est enim locus iudicij Cades. Per palinam ergo designatur visita iustorum. Vnde Psalmista ait: Iuitus ut palma florabit. Idem testatur Grego. i9. & 20. & 21. Moraliū, dicens inter cetera: Nec immerito iustorum vita palmae comparatur, quia scilicet palma inferius tactu aspera est, & quasi aridis corticibus obuoluta, superius us vero & visu & fructibus pulchra. Sic quippe est electorum vita despecta inferius, sed superiorius pulchra. Habet etiam palma aliud, quo a cunctis arborum generibus differt. Omnis namque arbor in suo labore iuxta terram vasta subsistit, sed crescendo superiorius angustatur. Palma vero minoris amplitudinis ab his inchoat, & iuxta ramos ac fructus ampliori roseo exurgit. Quibus itaque alia arbusta, nisi terrenis mentibus inueniuntur esse similia, quae in terrenis rebus fortes sunt, & in coelestibus debiles. Nam pro temporali gloria usque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua ne parum quidem in labore subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tollent, pro coelesti mercede, vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant. Terreno iudici toro die assisterem fortes sunt, in oratione vero coram domino, vel unius horae momento lassantur. At contra ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iustorum qui nequaquam sunt in terrenis studiis fortes, & in coelestibus debiles, sed longius atque distantiis studiosos se deo exhibent, quam seculo fuisse meminerunt. Haec Gregorius, Simus denique in Hiericho (quae interpretatur luna) & ecclesiam designat, quae continua mutabilitate agitur, quasi plantatio rosæ, siue rubæ in aduerso & tolerâria, siue albæ invitæ puritate cum Maria matre Iesu: & sic per præfata ad contemplandam eius altitudinem, & sibi congaudenti perueniemus. Istud capitulum & sequens non sequitur responitorum, propter causam supra positam,

DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 22<sup>e</sup>

sed habemus versiculum quo monemur virginem  
M A R I A M in tanta excellentia admirando  
attendere. Hora completorij (quæ representat tem-  
pus sepulturæ eius, quando totaliter anima & corpo  
se ablata est à vita hominum terrenorum & aspectu,  
& modo nobis incognito assumpta est in anima &  
corpore pariter in cœlum) dicit: Sicut cynamomum  
& balsamum aromatisans odorem dedi, quasi myrra  
electa dedi suavitatem odoris. Ista myrræ fra-  
grantia insinuat nobis omnium eius virtutum, meri-  
torum, priuilegiorum, gratiarum, & glorie optimam  
& excellentissimam famam & opinionem, quam (si  
cū nouimus) in ecclesia reliquit. Et specialiter per  
cynamominum excellentiam charitatis eius, per balsa-  
mum misericordiam, per myrrham omnimodam  
incorruptionē denuntiat. Imitemur charissimi fra-  
tres gloriosissimam dei genitricem M A R I A M  
vt poit sepulturam nostram vita bonæ & exempla-  
ris famam suauem, & laudabilem relinquere merea-  
mur, dicaturque de nobis, quām charitatiui, quām  
misericordes, quām deuoti & vigiles in diuinis, quām  
zelosi obseruatores ordinis in silentio, in solitudine,  
in iejunijs, in sobrietate, in obedientia fuerimus. Per  
hæc enim ad suavitatem odoris myrræ, id est, omo-  
nimodè incorruptionis & incommutabilitatis, q̄ in so-  
la coniunctione cum deo inuenitur, perueniemus.

Hora com-  
plerorij.

Eccl. 24

Myrræ  
fragratiæ.

Quomodo sacerdotibus dei genitricis pu-  
ritas sit imitanda. Ex hor. VI.



Odie nata est beata virgo Maria ex pro-  
genie Dauid, halleluia, halleluia, hallelu-  
ia. Quod hodie nata sit beata virgo Ma-  
ria, habet mater ecclesia ex reuelatio-  
ne, sicut etiam eius conceptionem.  
Sed quod ex progenie Dauidica orta  
fuerit, habetur ex A P O S T O L I C A lectione,

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Roman. 2 ad Romanos, vbi dicitur de filio eius domino Iesu,  
qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.  
Quapropter indubitanter tenendum est beatam Ma-  
riam ex Dauid per catenam Salomonis descendisse,  
& non per catenam Nathan. Matthæus. enim descri-  
psit carnalem genealogiam Christi, ostendens qualis  
deus carnem sumperit. Lucas vero descripsit adopti-  
uam genealogiam, ostendens post baptismum qualis  
ter per Christum reducimur ad deum, per filialē ad-  
optionem. Propterea inferit genealogia Christi fili-  
os legis & adoptionis. Sed mirum vi detur quod na-  
tuitatem beatæ Mariæ mater ecclesia solenniter ces-  
lebrat, cum omnes (teste Apostolo) nascimur, vel era-  
mus filii iræ, qui nō sunt capaces talis honoris & glo-  
riæ, nec causa lætitiae spiritualis, aut laudis diuinæ.  
Hic charissimi aduertere possumus nullitatem & ine-  
ficaciam argumentorum dicentium, beatam Mariam ad  
tempus subiacuisse originali, propter communem re-  
gulam scripturæ sacræ, contra omnes filios Adæ. Si  
enim communem regulam scripturæ sacræ seruare  
voluerint contra beatam Mariam, oportet dicere,  
quod ipsa nata sit filia iræ, iuxta sententiam Pauli iā  
allegatā. Sed hoc quām absurdum & falsum sit, pro-  
bat præsens ecclesiæ solennitas, probat & eorum au-  
thoritas, quia fatetur eam sine originali peccato ge-  
nitam, quemadmodum etiam eos fateri oportet de  
sancto Iohanne baptista, & sancto propheta Hiero-  
mia. Itaq; impeditur beatæ Mariæ in sua natuitate  
honor & gloria, tanquam spiritus sancto plenæ vltra  
communem legem nascentium, & etiam in vtero san-  
ctificatorum, vel consecratorum, quia cum incompa-  
ribili maiore plenitudine gratiarum nata est. Cele-  
britate consimili beatæ Mariæ conceptio recolitur,  
eo quod vltra communem regulam omnium aliarū  
prolium Adæ, ipsa à peccato originali præseruata fu-  
erit. Quæ conceptio, scilicet infusio, vel cōiunctio.

animæ & corporis beatæ Mariæ , & eius natuitas,  
 causa sunt ecclesiæ magnæ spiritualis iucunditatis &  
 laudis diuinæ. Gaudent homines seculares de conce-  
 ptu, & magis de natuitate prolis, per quam sperant  
 sibi aliqua temporalia assutura. Et nos non gaudebi-  
 mus de conceptu & natuitate prolis, per quam tot  
 & tanta diuina beneficia, tum temporalia, tum gra-  
 tuita, tum etiam glorioſa percipimus? Dies in qua na-  
 tus est Iob, & nox in qua conceptus fuit, & in qua di-  
 etsum est, conceptus est homo, id est, factus, sine ani-  
 ma rationali propter malitiam originalis peccati, &  
 mala vniuersa ex eo consequuta maledicuntur. Et  
 dies in qua nata est beata Maria, & nox in qua con-  
 cepta est, & in qua dictum fuit, concepta est homo,  
 futura dei genitrix, quam peccatum nullum tetigit,  
 per quam agente filio suo peccata omnia mundi tol-  
 luntur, & bona omnia præstantur. Illa inquam dies  
 & illa nox non benedicuntur, non celerabuntur,  
 non glorificabuntur Absit. Imo vox exultationis &  
 salutis sit in tabernaculis iustorum, & filiorum ecclæ-  
 siæ laudantium atq; dicentium: Hodie nata est beata  
 virgo Maria ex progenie Dauid, halleluia, halleluia,  
 halleluia. Charissimi fratres, diuino lumine illustrati  
 pro intellectu & cognitione, diuino bono affectati,  
 pro bona voluntate, dulcedine domini perfusi pro  
 inhesione ac fruitione, cantemus & nos halleluia. Plu-  
 res sola voce cantant halleluia, sed non mente, & ta-  
 les halleluia non cantant. Iubilemus deo pro tatis no-  
 bis collatis beneficijs. Congaudeamus glorioſæ vir-  
 gini Mariæ super omnibus bonis quæ fecit sibi domi-  
 nus in salutem omnium nostrum. Qui vero lumi-  
 ne prospicere nouerit, & stupenti animo considera-  
 re arg; perpendere, dominicæ incarnationis mysteri-  
 um, quod beata Maria concipere deberet, gestare no-  
 uem mensibus, parere, adorare, lactare, nutritare, ad di-  
 unum confortum intrare, comparētem esse deo pa-

Psalm. 28

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

tri, qui simul haberent vnicū filiū, cū quo regnare de  
beret iuper omnem puram creaturam, etiam angelis  
cam, facile aduertit qđ diuinam maiestatem decuit  
eandem tanto lumine illustrare, tanta gratia decora  
re, tanta puritate praeuenire, quibus maiora sub deo  
excogitari non possunt. Idcirco hæc felix nobis co  
lenda proponitur. Sed quid prædesseret nobis sanctos  
laudare, & laudabiles prædicare, si non contingere  
eos imitari & conformari? Itaq; (sicut iam dictū est)  
decussit beatam Mariam puritate & gratia cæteros  
omnes præcellere, propter eminentiam electionis &  
status sui: ita decet & nos, sicut alios statu & vocatio  
ne in ecclesia dei præcellimus, eos etiam puritate cor  
dis, ornatu virtutum, mentis quoq; contemplatione  
antcedere. Conformemur pro viribus beatæ Ma  
riæ, quia hoc ipsum tractamus quod ipsa tractauit.  
Quotidie ad mensam domini accedimus, filium be  
atæ Mariæ, filium dei patris in præsentia suæ maies  
tatis tractantes. Et si in ecclesia vel capella corpora  
liter soli videmur, tamen in veritate soli non sumus  
Aperite oculos spirituales, & videbitis vos esse in  
frequenti angelorum, in curia cœlesti, in multitudi  
ne innumerabili omnium sanctorum, quorum oculi  
omnium intenti sunt ad te vnicæ frater. Diligentissi  
me contuentur quid agis, & qualiter agis, & qualis  
sis qui agis. Circumspice paulisper, & videbis viuos  
& mortuos, & omnes quibus debitor es, expetere de  
manu tua micas de mensa domini. O quam felix, qui  
cum beata Maria purus à peccato, decorus ex virtus  
tibus, gratus ex gratia, tali ministerio infistit. O infe  
licem hominem, qui ex sua culpa omnibus gratijs priua  
tus, superbia inflatus, gloria propria vanus, iracun  
dia incensus, inuidia & odio tabefactus, acedia deies  
etus, auaritia accensus, gula extensus, luxuria inquis  
natus, cœlestibus se audet sacratissimis mysterijs ins  
gerere. Tolerat deus, & totus cœlestis exercitus talē

miserum in diem vltionis, quando contra eum consurget etiam & terra, & pariter omnis creatura se armabit cōtra insensatum, vt de summo statu corruat in tartarum, ad inferiora & profunda lacū. Quia quanto ascensus altior, tanto casus profundior. Si mus igitur charissimi fratres puri ab omnibus peccatis, quantum humana fragilitas tolerat. Mente ius giter ad coelestia & dei præsentiam subleuernas: & hoc quod voce hominum dicimur, intus coram deo & foris coram hominib[us] vita & moribus prætendamus, vt digne beatæ Mariæ iubilare valeamus: Hodie nata est beata virgo Maria, ex progenie David halleluia, halleluia, halleluia.

### **Cur beata dei genitrix cōparetur soli.**

#### **Exhortatio VII.**

**D**vice lumen & delectabile oculis est, videre solem. Ecclesiastes vndeclimo. Ius cundissima solennitas nativitatis gloriosissime virginis Mariæ hodie agitur in qua haurimus & degustamus spiritualem dulcedinem & delectationem, propter lumen eius, quod resplendet mentibus nostris. Et quis in nobis adeo cœcus, vt non videat fulgorem? Et quis in tantum stupidus, vt non gustet dulcedinem luminis solis huius? Sed ne quis dubitet matrem Iesu Mariam esse solem, hoc nobis incubit, vt ostendamus. Dicitur enim sol per similitudinem, non per proprietatem. Et quamvis ipsa per diversas creaturas frequenter in scripturis designetur excellentius tamen per solem, vt testatur beatus Bernardus in quadam sermone, dicens: Attende hanc similitudinem in qua nulla in rebus mundi potest esse similior. Nihil enim habet spiritus sanctus in visibilibus creaturis excellentius, cui virginis excellētia

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

comparetur. Nam Mariz præsentia totus illustrat orbis, adeo ut ipsa superna ciuitas clarius rutilet virginæ lampadis illustrata fulgoribus. Et ideo soli rutilanti, & tunc mundum illustranti, merito comparatur. Attendamus aliud valdissimum testimonium propheticum in Psal. In sole inquit, posuit tabernaculum suum Hæc prophetia loquitur ad textum, de sole veteri virginalis, & abernaculo corporis saluatoris. Nō ergo incongrue, sed aptissime ipsa mater Iesu appellat sol. Quapropter in ortu eius potest & nullum Ecclesiastici de ea praedicari: Sicut sol oriens mundo in altissimis dei, sic mulieris bona species in ornamento domus eius. Quia sicut sol oriens cuncta illuminat, & omnia viventia lœtitiat, & quæ erant inuoluta tenebris, & quasi chaos sepulta, eius præsentia subito proprijs formis distincte pulcherrime clarescant, & que erant tristia & somno pressa, statim in exultatione profiliunt, cantant aves, natant pisces, saltant vituli, passuntur & resonant boatu iumenta, & exit homo ad opus suum, qui reputabatur in somno quasi mortuus. Sic species bona huius mulieris matris Iesu in ortu & nativitate eius cepit clarescere in ornamentum dominus eius, quæ est domus dei, in qua ipsa est mater familiæ, idcirco est etiam dominus eius. Species eius sedentes in tenebris & umbra mortis illuminavit, & omnes mortificatos spiritu lœtificauit. Unde iubilando hodie canit ecclesia: Nativitas tua dei genitrix Virgo gaudium annuntiavit viuisco mundo. Hodie dicitur ecclesiæ in hac nativitate beatæ Mariz: Letare Hierusalem, & conuentum facite omnes qui diligitis eam. Gaudete cum lœtitia qui in tristitia fuitis, ut exultetis, & satiemini ab uberibus consolationis vestrae. Nunc restat charissimi, ut speciem huius bonæ mulieris matris Iesu, qua domum dei ornauit, illuminauit & dulcedine atque delectatione refecit, ex similitudine solis materialis ostendamus. Primo, sicut sol

Psalm. 18

Ecclesi. 26.

Luc. 1.

Ma. 52.

DE BONI. DIVINA LIB. III. Fol. 223.

in substantia habet puritatē & simplicitatē, qā nō est ex contrarijs cōpositus, quo nū purius inter omnia corporalia potest inueniri, sed est totus perlucidissimus, nullam habens tenebrositatis particulā, adeo vt omnium intuētiū hominum visus ex illius puritate retundatur: Ita mater Iesu virgo Maria, est oīm cœlestium & terrestrium spirituum puritate purior atque præstantior, ita quod nulla creatura plena cognitione sufficienter illam apprehendere poterit. Tāra enim puritate nitet, qua sub deo maior excogitari nequit, vt dicit Anselmus. Euasit enim omne peccatum. Vnde Augustinus: Vbi de peccato agitur, Māriæ nullam volumus fieri mentionem. Hinc colligitur quod nunquam displicuit deo. Ecce carentia originalis peccati. Nunquam offendit. Ecce carentia omnis actualis peccati, venialis scilicet & mortalis. Sēp placuit deo. Ecce inamissibilis gratia. O stupenda innocentia cum plenitudine gratiæ. Quapropter bene cantat ecclesia de matre I E S V: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Secundo, sicut sol excedit in quantitate omnia luminaria corporum cœlestium, sic mater Iesu virgo M A R I A excedit sanctos vniuersos in magnitudine bonitatis. Nam (vt inquit D I O N Y S I V S) in his quæ non mole magna sunt, idem est magnum esse quod bonum. Fuit ergo mater I E S V virgo M AR IA etiam in terris posita, cæteris sanctis maior, id est, melior ingratij, in virtutibus & devotionibus. In gratijs, quia cæteris sanctis per partes præstatur gratia, Mariæ vero se totā infudit plenitudo gratiarum vt testat Hieronymus. In virtutibus ceteris sanctis supemeinebat. Supimum in virtutibus est, oēs habere virtutes in summo sine impugnatiōe vitiorum, qđ in alijs sanctis minime reperiri potuit. Nā virtus in nobis medium tenet vitioꝝ, ita q̄ nulla virtus in nobis enutriatur, quin de vitio contrario impugnetur, Mas

Anselmus  
August.

Dionysius

Hierony-  
mus.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

ria vero sic omnes virtutes habuit, ut de nullo vng  
vitio tentaretur. Et ergo Ambrosius imaginem ve  
ram virtutum (quæ semper esse debet sine admixtio  
ne contrarij) nobis proponens in libro de virginitas  
te, ait: Sit nobis tanquam in imagine descripta Ma  
riæ virginitas, in qua velut in speculo fulget species  
castitatis & forma virtutis, id est, omnis virtutis. In  
deuotionibus etiam supereminebat, quia purissime,  
& affectuissime, atque promptissime in dei obsequi  
um præ cæteris sanctis ferebatur, & præcipue, quan  
do dei filium concipiebat, dicendo: Ecce ancilla do  
mini. Fiat mihi secundum verbum tuum. Et quando  
Iesum in utero portabat, atque dicebat: Magnificat  
anima mea dominum, & exultauit spiritus meus in  
deo salutari meo. Et quando Iesum peperit, & adora  
bat, dicens: Dominus meus, deus meus, & filius meus.  
Et quando Iesum lactabat, lauabat, nutriebat, & fami  
liarissime secum conuersabatur, sciens eum creatorē  
& gubernatorem omnium creaturarum, gratificato  
rem & glorificatorem omnium beatorum spirituum  
& animarum. O quid inter hæc contemplabatur? qd  
videbat, quid sentiebat, gustabat? Cæterum si (secun  
dum Augustinum in libro de laudibus charitatis) nō  
numeritas operum, non diuturnitas temporū, sed  
maior charitas meliorque voluntas auger meritum,  
planum est, quod omnes sanctos præcellit merito, si  
cut & charitate & bonitate. Tertio, sicut sol habet  
in splendore claritatem, qua delectabiliter lucet & pa  
lacet omnē superiorē & inferiorē regionē, in alijs  
quoq; luminaribus est principium luminis, & ideo ne  
cessarium est qd plus cæteris habeat de lumine & splé  
dore, quapropter etiam cuncta luminaria cœlestia in  
comparatione plendoris solaris non lucent, immo  
in præsentia eius omnino non videntur. Sic mater  
Iesu virgo Maria propter abundantiam gratiarū dele  
tabilis & omnium oculis est gratiofa, ut præ admira

Luc. i

Ibidem

DE BONI, DIVINA LIB. III, Fol. 224

tione tati decoris, omnium in se corda seu intelligentias conuertat. Omnibus etiam est principium lumen gratiae, imo & gloriae, quia in vtero suo portauit verum lumen, quod illuminat angelos & homines. Suo nihilominus meritò maior præstatur hominibꝫ gratia, & sua præsentia angelis gloria. Tam excellenter etiam omnem creaturam vita sanctitate superemicat, & in eius cōparatione omnes sancti & angeli sunt quasi non sint, & vt ita dicam, extinti videntur. Et licet secundum Beatum Bernardum, in eius comparatione nihil esse vel apparere videantur, non modicū tamē eius fulgore illustrantur, vt eius ex præsentia tota cœlestis curia, & vniuersa eius militia clarius incandescat. Quarto, sicut sol in suo motu habet continuitatem, sic mater Iesu virgo Maria fuit in motu continuo meritoriae actionis. Quicquid emagebat, hoc ad debitum finem semper dirigens, cum tanta reverentia & disciplina faciebat, quod in omnibus suprema merita cumulabat, siue manducabat, siue bibebat, siue dormiebat, omnia in gloriam dei faciebat: & sic omnia reddebantur meritoria. Hic fratres mei caligat oculus meus, & sensus meus hebetatur. Non enim possum intelligere, nec sentire qd sit, quia supra me peccatorem est, viuere in hac vita, & nunquam peccare, sed semper mereri, Mariæ hoc soli donatum est. Quinto, sicut sol habet in sua influentia fecunditatem, sic mater Iesu virgo Maria cunctis fidelibus fecunditatem tribuit in virtutibus & gratia, sine cuius auxilio nullus vñquam ex se fructum saluisticum facere potuit. Et sicut sol orbitatur super bonos & malos, ita (secundum B E R Luc. 6, Matth. 3 N A R D V M) ipsa non discutit merita, sed omnibus se exorablem, omnibus clementissimam præbet, & necessitates nostras amplissimo quodam miseratur affectu. Hæc charissimi de metaphoris MARIAE ad solem (quamvis multæ aliæ sint)

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

**Ecclesi. 26** dicta sufficiant. Ex ijs vtcung species bonæ mulieris huius, quæ domum dei illuminat & ornat, aspicitur.  
**Eccles 11** Vnde illuminatae mentes dulcedine & delectatione spirituali perfunditur: quia dulce lumen & delectatio le est oculis videre solem, id est, Mariam purissimam & innocentissimam, omn: ornatu gratuito ac spiritu ali decoratissimam, Christo familiariissimam, imitatione ipsius perfectissimam, compassione fortissimam, congaudendo in resurrectione eius lætissimam, congaudendo eidem glorioissimam. Si vero aliquis ipsis pos habet oculos, vt solem hunc sine tormento vide nequeat, si gustum infectum, vt dulcem saporem recipere non valeat, studeat per penitentiam, munditiam cordis acquirere, amicitiam Iesu & matris eius desiderare, preces humiles & ardentes ipsis dirigere: & recepta sanitate, erit ei lumen solis Mariae oblectamentum & gaudium. Pulsamus matrem Iesu precibus, quia facillime gratiam impetrabimus. Vnde Bernardus: Ad quid, inquit, puras Mariam ab angelo iam dudum ante conceptionem plenam gratia nuntiatam, nisi vt superueniente deo in utero nobis fieret superplena, vt quotienscunq; precibus (sic et tenuiter moneretur) superflueret, nobis liquore gratiae effundendo. Hanc gratiam obtinere & dulcedinem, ac delectamentum Mariæ experiri, concedat nobis filius eius Iesus Christus.

Bernard.

**S**anctæ Mariæ festiuitas, tam concessionis quam nativitatis iuste obser uatur. Exhortatio VIII.

**N**atiuitatem hodiernam perpetuę virginis genitricis dei Mariæ solenniter celebremus, a quo celsitudo throni processit, halleluia. Sanctus Iohannes Damascenus in sermone de nativitate beatæ Mariæ, hortatur omnes ad celebrationem presentem

## DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 225

tis festiuitatis, dicens: Omnis lingua, omnis ætas, os  
 minusque dignitas cum lætitia natuitatem beatæ Ma-  
 ræ celebret. Si enim, inquit, gentiles mendaci fabula  
 dæmonum (humanum intellectum surripientium, &  
 veritatem obumbrantium) decepti, festiuitates, res  
 gumæ natalitia omni diuulgabant honore, non mis-  
 nimus sæpe patientes detrimentum rerum vnde du-  
 cebant vitam: quantum agis oportet natalium ges-  
 nitricis dei deuotissime celebrare, per quam genus hu-  
 manum erigitur, per quam primi parentis Euæ in  
 gaudium trititia, in benedictionem maledictio ver-  
 titur? Sed dicet aliquis: Cum nullus sit capax hono-  
 ris & gloriæ, nisi intelligens, nec dignus nisi sanctus,  
 & beata Maria paruula in matris vtero existens, vnu-  
 caruerit rationis & intellectus, nec discernere potue-  
 rit bonum eligendum à malo refutando, nec cognos-  
 scere deum, aut tendere in ipsum, nec digna dei gra-  
 tia, cum nascimur, vel eramus omnes (iuxta Aposto-  
 lum) filij iræ, quomodo possumus celebrando talem  
 puellulam venerari? Et respondendum rationabili-  
 ter creditur, quod illa quæ genuit vnigenitum à pa-  
 tre, plenū gratiæ & veritatis, præ omnibus alijs ma-  
 jora priuilegia gratiæ acceperit. Vnde legitur apud  
 Lucam, angelum ei dixisse: Ave gratia plena. In-  
 uenimus autem quibusdam alijs hoc priuilegialiter  
 esse concessum, vt in vtero sanctificarentur, vt Hiero Hieremi. 2  
 miæ, cui dictum est: Anteq; exires de vulva sanctifi-  
 caui te. Et sicut Iohannes Baptista, cui dictum est:  
 Spiritu sancto replebitur adhuc in vtero matris suæ  
 Vnde creditur, quod beata virgo sancta fuerit, ante-  
 quam ex vtero nasceretur. Et nisi esset hæc fides in  
 dubitate ecclesiæ, temere festum natuitatis beatæ  
 Mariae celebraretur. Dicit enim sanctus Bernardus: Bernardus.  
 Neque enim festiuis laudibus nascens honorare-  
 tur, nisi sancta nasceretur. Hildefonsus Toleta-  
 nus archiepiscopus dicit: Si non in matris vtero san-

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Eta fuisset, eius nativitas celebranda non esset. Fuit itaque puella Maria, sancta, antequam nata per dei gratiam, quam acceperat non per sacramentum veteris aut nouae legis, sed per singulare priuilegiū quod erat maius & excellenterius quam priuilegium Iohannis baptistæ aut prophetæ Hieremiac. Nunc remanet q̄stio, in q̄ priuilegiū beatæ Mariæ excellit priuilegiū beati Iohannis. Vere Iohannes fuit sctū anteq̄ natus, q̄ spiritu sancto plenus. Etiam vsu fuit ornat⁹ ratiōis & intellect⁹: q̄ exultauit in vtero. Quod Ambrosius & alij intelligunt de vero hūano affectu. Vn de dicit: Habet intelligendi sensum, q̄ exultādi habebat affectū. Hoc idē canit ecclesia: Acceleratur ratio in fanti nōdū nato, &cæ. Itaq̄ beata puella Maria in vtero beatæ matris suæ Annæ erat spū sancto plena, & vsurationis & intellectus ornata, sicut beatus Iohannes baptista. Sed in q̄ præcellebat. Fuit sanctificata beata adhuc in matris vtero puella. Sed in q̄ sua sanctificatio præcellebat. Audite & intelligite fratres. Est duplex sanctificatio sc̄tū priuilegiorū in vtero. Vna est sanctificatio, hoc est, mūdatio vel purgatio (cū sanctum non sit aliud quam mundum, vel purum secundum spiritum, in quantum assimilamur deo, qui est ipsa sanctitas.) Est itaque vna sanctificatio priuilegia torum sanctorum, id est, purgatio à peccato contra originali. Talis erat sanctificatio beatorum Hieremiac & baptistæ Iohannis, & aliorum si qui sunt huiusmodi, qui tales gratiam consequuti sunt, quod exinde mortale peccatum committere non poterant. Erant tamen peccatores. Est alia sanctificatio, quæ maculam peccati originalis excludit per gratiam præuenientem, vel præseruantem. Et hęc est sanctificatio conueniens solum beatæ dei genitrici M A R I A E, non ex suis, aut alicuius meritis, sed ex voluntate & gratia summi dei, qui voluit de purissimis sanguinibus eius (spiritu sancto operante) huma-

Sanctifica  
tio sancto  
rum dus  
plex.

num corpus assumere, & ex mundissimis visceribus eius generari. Sanctificationem hanc secundam cōmuniter ecclesiastici viri conceptionem appellant, ad differentiam sanctificationis primæ. Hanc ergo habebat beata intemerata Maria mater dei, vt decuit eam quæ mater dei erat futura, & decuit deum q̄ de ea decreuerat nasci. Hæc sanctificatio, ita eam ab omni peccati fomite liberavit, quod omnino nullum peccatum committere potuit. Hoc testantur oēs doctores sancti. Quod autem hæc sanctificatio beatæ Mariæ collata fuerit, probatur ex verbis beati Bernardi superius expressis à simili. Dicit enim: Neque enim festiū laudibus nascens honoraretur, nisi sancta nasceretur. Innitur enim sanctus Bernardus ordinationi & authoratiū ecclesiæ, quæ festum nativitatis eius instituerat. Ergo à simili, cum sancta ecclesia per orbem terrarum instituerit, festum conceptionis beatæ Mariæ agi sub nomine conceptionis, vt p̄ hoc innuat, quod omnino nunquam originale peccatum beata Maria contraxerit ( quæ est secunda sanctificatio superius expressa ) & nomen sanctificationis, innuens peccatum originale contractum ( quæ est prima sanctificatio superius expressa) deleuerit, dicamus sic. Neque enim festiū laudibus cōcepta honoretur, nisi sancta conciperetur. Est enim per oīa eadem ratio. Quia ecclesia non est certior de sanctitate beatæ Mariæ in eius nativitate, quam de sanctitate in eius conceptione, cum nulla scriptura hoc testetur. Sed Romana ecclesia nunc celebrat festum conceptionis, etiam ea intentione quod innuat q̄ beata Maria in sua conceptione, vel animatione peccatum originale non contraxerit, & ergo argumentum in suo vigore perseverat, quod ipsa beata Maria in sua conceptione fuerit sancta, & consequenter in sua nativitate. Per prædictā resolutionē satis puto assertum contra omnem disputationem, quæ fieri posset

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

pro vel contra sanctam conceptionem beatæ Mariæ quia in talibus soli assertioni & consuetudini ecclesiæ credendum est, si pie ac religiose sentitur. Ergo charissimi cum iucunditate celebritatem præsentem impleamus, quia in ea innocentiam nostræ dominæ & matris recolimus, à qua celstido throni processit, id est, ille excelsus, qui sedet in throno maiestatis dominus noster Iesus Christus. Et addit' halleluja, vt pura intelligentia tanti mysterij, mundo affectu & amore tanti boni & inexplicabili iubilatiōe tāti gaudij celebremus, vt sumus in diuinis strenui, id est, alacres & reuerentes. Cum ergo ranta celstido, id est, verbum dei in excelsis ex ea processerit, recte altissimis rebus comparatur. Primo luci, de qua in Genesi habetur: Fiat lux. Et facta est lux. Sicut enim illius lucis creatio solis creationem præcessit, & secundum aliquos ex ipsa corpus veri solis est formatum: sic ort⁹ beatæ virginis Mariæ veri solis, id est, Christi, formationem præcessit, & ipse Christus sol iustitiae de eius substantia est formatus. Sed istam parabolam fratres ad nostram instructionem trahamus. Per meritū matris nostræ Mariæ dicat in nobis dominus deus. Fiat lux, præcedens ante lucem omnis boni operis. Hęc est lux diuina gratia. Ex hac gratia Christus format in nobis, sicut sol iustitiae, à quo diffugunt opera tenebrarum, vt in die bene operantes honeste ambulemus. Secundo comparatur celo siderio. Sicut enim illud est speciosum ac gloriosum, propter varietatē ac multitudinem stellarum, (iuxta illud: Species cœli gloria stellarum) ita beata Maria est speciosa & gloria propter varietatem & multitudinem virtutum, in quibus nedum omnes illustres homines vincit, iuxta sententiam Damasceni, sed etiam omnes spiritus coelestes, iuxta sententiam venerabilis Alberti, in libro de laudibus Mariæ. Existente enim ea adhuc in via, habitu erant, nunc autem existente ea

Gene. i

Ecclesiast. 4,3

Damascenus.

Albertus,

DE BONI, DIVINA LIB. III. Fol. 227

in patria, actu virtutes eius maiores sunt. Igne enim diuini amoris est inflammata, plus quam Seraphim, Splendore diuinæ cognitionis illustrata est plus quam Cherubim. Mente tranquillior est thronis. Dominatus præcellit dominationes. Gloria miraculorum illustrior est virtutibus. In dæmonum refrenatione fortior est potestatibus. Prudentiam maiorem habet de omnibus; regnis & prouincijs, quam Princeps, Diligentiam fructuosiorem habet de omnibus ciuitatis & locis, quam Archangeli. Curam atque custodiam amotisorem habet de singulis hominibus (tanquam spiritualis & celestis mater eorum) quam Angelus. Longum foret singulas stellarum eius naturas (quibus ornatur tanquam siderium cœlū) indagando percurrere. Tertio comparatur beata Maria cœlo crystallino capacissimo, quia ipsa dei habitatio facta est iuxta ilium Cantici ecclesiæ: Quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti. Quarto comparatur cœlo empyreo, quod excellit omnia corpora in sublimitate vel situ, in nobilitate & gloria. Sic gloriosa dei genitrix excellit omnes puras creaturas, in gratia, merito & gloria, & cætera. Ut ergo participes eius gloriæ aliquando esse mereamur deuotissime charissimi nativitatem hodiernam ipsius perpetuæ virginis genitricis dei Mariæ solenniter celebremus, à qua celitudo throni processit halleluja.

¶ Gratulandum esse beatæ Mariæ, & quæ sit inuidia mala, quæ bona. Exhortatio. IX.

Hodie nata est beata virgo Maria ex progenie David, halleluja, halleluja, halleluja. Canticum est matris ecclesiæ in hac solennitate dei genitricis Mariæ quam lætitia feliciter veneratur, spiritu

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

veritatis imbuta & recta, diem scilicet nativitatis matris eius, sicut & conceptionis, quia nouit eam in utraque fuisse sanctam, & cultu dignissimam. Ait enim sanctus Bernardus: Neque enim festiū laudibus nascens honoraretur, nisi sancta nasceretur. Sic à simili nequaquam festiū laudibus concepta honorare nisi sancta conciperetur. Et hoc tali conceptione quæ innuit omnitudinem parentiam originalis culpæ, per quam parentum & plenam spiritus sancti præsentiam, omne deinceps peccatum evasit nec vilam vñquam peccati maculam contraxit. O vere magnorum causa gaudiorum, & dignissima sublimium materia iubilationum. Bonum em̄ est causa gaudij & amoris. Sed quale bonum est hoc, nunquam displicuisse deo nūquā offendisse, sed semper placuisse? Hoc nulli hominum conceſsum est, sed solum Mariæ. Sicut placuit deo præter communem legem nascentium, Iohannem præcursorē suum & baptistam nasci non filium iræ, sed gratiæ: sic voluit Mariam suam matrem concipi, nasci, viuere, & mori sine peccato, & p̄ filios ecclesiæ matri ecclesiæ reuelauit, q̄ recepit, tenet credit & colit. Quis ecclesiæ filius tantum bonū Mariæ collatū non fauebit, nō congratulabit intimo affectu & cordis iubilo? Congaudeamus charissimi beatæ Mariæ, & hoc eius interuentu obtineamus ut sibi congaudeamus. Cōgaudent boni homines in mundo, iuxta illud: Nativitas tua dei genitrix virgo, gaudium annuntiavit vniuerso mundo. Congaudent angeli in celo, iuxta illud: Congaudent angelorum chori gloriose virginis. Canticum est ecclesiæ. Qui in hoc mundo congaudet beatæ Mariæ, in futuro cœlo congaudebit ipsi cum angelis in celo. Nec est mirandum, quod aliquis gaudet de alieno bono, quia hoc est secundum naturam: mirandum vero fore quod aliquis non solum non gaudet, vel congaudet, sed magis tristatur de alieno bono, quia hoc est

Bernard.

contra naturam. Amor quippe & gaudium incitans  
tur a bono. Tristitia vero a malo. Contingit tamen quod alterius apprehenditur ut malum proprium, in quantum alter excedit ipsum in bono. Hæc est inuidia. Vnde ait Gregorius sexto Moralium: Gregor.  
Inuidere non possumus, nisi eis quos nobis in aliquo Iob, 5  
meliores putamus. Et hoc est quod dicitur in libro Iob: Paruulum occidit inuidia. Omnis enim inuidus sua estimatione est diminutus & parvus, quia alienum bonum estimat diminutum proprium boni, putat sibi subtrahi quod alterius evenit. Præcipue tamen de ilis bonis homines inuident, in quibus est gloria, & in quibus homines amant honorari, & in opinione esse, ut Philosophus dicit secundo Rhetoricæ. Hic probantur communiter spirituales virtus, vtrum studium religionis ipsorum sit vera sanctitas vel hypocrisis. Si quis sentit se tristari de confratris sui gloria, vel honore, vel promotione, vel profectu spirituali, & similibus, sciat certissime vitam suam fore hypocrisim. Sicut in Vitis patrum legitur de quodam spirituali patre, ad quem plures concurrere edificationis gratia consueuerant. Hic quandam cellulam alteri fratri vere deo digno & deuoto concesserat. Aus diens vero quod illum plures frequentabant, & se dimitebant, inuidiæ facibus accensus, illum exturbasse atque depellere inardescet. Exitiabilis religiosis est bestia hæc, & tamen familiaris, intantum quod versum sit in proverbiū: Religiosi inuidi. Quām sit exitialis hæc bestia, testatur G E R O R I V S Gregor. quinto Moralium, dicens: Quamuis per omne vitum quod perpetratur, humano cordi antiquus hostis virus infundit, in hac tamen nequitia (scilicet inuidiæ) tota sua viscera serpens concutit, & imprimè dæ malitiæ pestem vomit. Et apte, quippe cum ipse plenus sit inuidia, iuxta illud sapientiæ: Inuidia dia boli mors introiuit in orbē terrarum, hoc ipsi homi

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

ni(præcipue spirituali) ex visceribus suis infundere  
nititur, quo ipse refertus existit. Intantum autem hoc  
venenum serpit, ut nonnunquam homo spiritualis  
fraternæ gratiæ inuidere inueniatur, quod est pecca-  
tum in spiritum sanctum, quia per hanc inuidentiam  
homo quodammodo inuidet spiritui sancto, qui in  
suis operibus glorificatur. Hoc vero est grauissimum  
peccatum. Hęc bestia perficit filias pessimas, se nequio-  
res. Odium, id est, gaudium de malo proximi, susur-  
rationem, minorando gloriam, vel bonum proximi  
in occulto: detractionem, minorando in manifesto  
exultationem in aduersis proximi: afflictionem in  
prosperis proximi, quando contra conatum inuiden-  
tis eueniunt. Ecce charissimi exitiale bestiam, quae  
ex natura & genere suo mortem animae operatur,  
postquam per consensum mentem occupauerit. Si  
vero solum hominem mouerit imperfecte, qui alias  
primi motus inuidiae dicuntur, qui etiam interdum  
in viris sanctis atque perfectis inueniuntur, non ope-  
rantur mortem, imo quandoque sunt materia exercé-  
dæ virtutis, quando in suis primis congressibus (dei  
auxilio) enecantur. Et quid mirum si in viris intelli-  
gentibus, rationeque vtentibus inueniuntur tales vi-  
rulenti motus, in quibus habetur occasio, cum san-  
**Augustin.** Etus Augustinus testetur, in pueris hos motus inue-  
niri, ita scribens in primo libro Confessionum: Vidi  
ego & expertus sum zelantem puerum, nondum los-  
quebatur, & intuebatur pallidus amaro aspectu col-  
lactaneum suum. Potest tamen aliquis de bonis alte-  
rius dolere sine peccato inuidiae, quando scilicet ex  
bonis alienis rationabiliter timet sibi vel alijs noe-  
mentum. Vnde Gregorius vigefimo secundo Morali-  
um ait: Euenire plerumque solet, ut (non amissa cha-  
ritate) & inimici nos ruina laetificet, & rursum eius  
gloria (sine inuidiae culpa) contristet, cum & riuente  
eo quosdam bene erigi credimus, & proficiente illo

**Gregori.**

## DE BON. DIVINA LI.III. Fol. 229

plerosq; iniuste opprimi formidamus. Sic Iudei gau-  
 debant ad casum Herodis, & religiosi quicq; ad mor-  
 tem fratris turbatoris. Cauendum est tamen, quia  
 plerumq; sub pallio hoc boni zeli, veræ inuidiæ se  
 palliat scelus. Omnes mali se dicunt bene moueri,  
 etiam in pessimis factionibus & coniurationibus. In  
 uenitur in scripturis sanctis alia tristitia de bono alte-  
 riis, non quia aliis habet hoc bonum, sed quia nos  
 non habemus tale bonum. Sicut Rachel inuidit foro-  
 ri suæ. Non enim dolebat de fœcunditate sororis,  
 cum ex ea sibi nepotes generarentur, & semi sui filij  
 quia de suo proprio marito, sed doluit suam propriā  
 sterilitatem. Et Apostolus dicit: Aemulamini spiritua-  
 lia. Hic quippe est zelus, quando est circa bona ho-  
 nesta. Sic monachus videns socium proficere in mor-  
 tificatione vitiorum, in virtutibus, in optimis mori-  
 bus, si vere religiosus est, contristatur quod illum se-  
 qui non potest, quem amat, & de cuius profectu gau-  
 det. Irreligiosus irridet & detrahit. Tepidus amans,  
 laudat & rideret. Est etiam alia tristitia de bonis tem-  
 poralibus, quæ proueniunt indignis, dei dispensatio-  
 ne, quæ prohibet in scripturis sacris, iuxta illud Psal.  
 Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris faci-  
 entes iniquitatem. Et alibi: Penè effusi sunt gressus  
 mei, quia zelaui super iniquos, pacem peccatoꝝ vi-  
 dens. Debemus enim quam diu deus & superiores to-  
 lerant malos, in bonis fortunæ eis non inuidere, nec  
 de bonis eorum contristari, sed dei iudicio relinque-  
 re. Sunt ergo quedam tristitia de bonis aliorum, q;  
 non sunt inuidiæ, nec contrariantur charitati proxi-  
 mi & misericordiæ, sicut vera inuidia. De qua imper-  
 tinenter iam tantillum diximus, in tam grata dei ge-  
 nitricis Mariæ nativitate, non quod eā habetis, sed  
 potius ut eam euitetis, occasione data propter cōgau-  
 dium quod cum angelis habere de bēmus in hoc mū-  
 do, & in cœlis. Reuertentes igitur vnde digressi sus-

1. Cor. 14.

Psalm. 38

Psalm. 72

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

mus, iterum commoneo vos fratres, vt beatæ dei genitrici plena iubilatione congaudeamus super innocentia sua, & iucunda nativitate, vt eius interuentus super innocentia nostra restituta & felice nativitate in celis, vniuersam cœli curiam gaudentem habere mereanur. Sed quomodo fiet istud? Isto modo master ecclesia concepit nos de spū sancto in baptismate sine peccati macula. Interim donec nascamur, formamur in utero ad imaginem dei, dorse formē Christus in nobis, & crescimus ad perfectionem in congruam aetatem plenitudinis Christi, decem mensium tempore (secundum dictum Sapientis) donec scilicet decalogi præcepta in nobis perficiantur, pro perfectione vita spiritualis. Pueri quippe decimo mense nati, sunt magis vitales. Tales fetus parit mater ecclesia cum gaudio, ita vt natalitia eorum cum gaudio celebrentur in terris, & multo amplius in celis. Vbi enim gaudium sit super uno peccatore parentente, nunquid non potius super iusto regnante? Causa mus tamen fratres, ne sine vita spirituali tanquam abortivum à ventre matris ecclesiæ abiçiamur in mortem perpetuam. Quod si viui progeniti fuerimus, sed imperfecti, debiles atq[ue] deformes, necessariū erit medicamenta dolorosa, ac ferramenta vrentia adhibere in purgatorio, donec sanemur. Studeamus igitur totis viribus ad perfectam spiritualem vitam peruenire. Suffragabis nobis piissima dei genitrix, si devote reqlita fuerit, si deniq[ue] pie laudata & culta fuerit. Quod monet & facit Damascenus in sermōne hodierno, dicens: Constituamus diē solennē in nativitate beatæ Mariæ genitricis dei. Lætare Anna sterilis, q[uia] non paris. Erumpe, clama q[uia] non parturis. O felix copula Joachim & Annæ, ē quibus nata est virgo Maria, virgo in partu, virgo post partu. O virgo pulcherrima, o filia dulcissima. O liliū natū inter spinas, ex nobilissima & regia stirpe Dauidica, Per te regio dis-

Galat. 4.  
Ephesi. 4.

Luce 23

Isaiæ 54.  
Galat. 4.

tatur ecclesia sacerdotio, per te fit legis translatio,  
per te reuelatur spiritus latens sub litera, sacerdota-  
li dignitate translata ē tribu Leui ad tribum Iuda.  
O rosa nata ē spinis Iudæis, quæ diuino odore reple-  
sti omnia. O Adæ filia & dei mater: Beatus venter q  
te portauit, & beatæ vlnæ quæ cōplexæ sunt te. O sa-  
cerrima filia Ioachim & Annæ. O sacerrimus fr̄tus  
qui maternis portaris in brachijs & potestates apo-  
staticas abigis tremefactas, O proles sacerrima, quæ  
materno pendens ab vberè angelorum obsequijs ho-  
noraris. O soboles sanctissima, parentum gloria, te  
generationes generationum beatificant.

**¶ De beatæ virginis dignitate ac humilia-  
tate, quomodo item humilitas obti-  
neatur. Exhortatio X.**



Via respexit humilitatem ancillæ suæ  
ecce enim ex hoc beatā me dicent oēs  
generationes. Lucæ 1. Humillimam ac  
beatissimam dei matrem Mariam, hu-  
millime salutemus, dicētes: Ave Maria,  
Quia respexit, &cæter. vbi supra. Cha-  
risimi fratres, postquam beata Maria conceperat  
Christum dominum, reuoluit religiosa mente, quid  
erat ipsamet ex se secūdū naturā, & quid & qualis ex  
diuina (quā inuenierat apud deum) gratia. Agnouit  
se humiliē, i. infimam & ad talem excellentiam (ad q  
iam prouecta erat) vt esset (sicut iam erat) mater dei,  
insufficientem & indignam. Studuit humi-  
liter recordari quod erat vna de filiabus prævaricato-  
ris Adæ, cuius proles omnes obnoxie sunt morti, oēs  
filij iræ & damnationis cœlestis hæreditatis, filij pro-  
clives & faciles ad malum, difficiles ad bonum. Agno-  
uit itaque M A R I A seipsum infimam, dicebat  
se infimam, reputari se voluit infimam: quia  
inquit, respexit humilitatem ancillæ suæ. Ecce

D. PETRI LEYDS CARTHVS.

dicit se humilem, id est infimam. Non enim commen-  
davit propriam virtutem & laudem, sed exercuit (si-  
cūt humiliis) actum virtutis, seipsum humiliter co-  
gnoscendo & vituperando, quod fuit meritorium &  
ædificatorum, & græca translatio ( quam scripsit eu-  
angelista) manifestat. Vnde græcus expositor, respe-  
xit humilitatem ancillæ suæ, quasi diceret. Ipse pro-  
uidit, non ego expectaui, humilibus eram contenta.  
Nunc autem ad ineffabile consilium eligor & ex-  
alton de terra ad sidera. Absit autem quod se dices  
ret humilem & infimam, & tamen se talem non  
agnosceret, sed metiret. Vel quod diceret se infima  
& tamen nollet ab alijs talis haberi, vel reputari : sed  
humilis secundum virtutem ( quod spectat ad hy-  
pocrism) videri. Postq; seipsum Maria respexerat &  
agnouerat qualis & quæ esset ex se secundum natura-  
lē respexit & agnouit q; & qualis erat ex gratia. Quia  
si non agnosceret, nō posset agere gratias. Agnoscēs  
ergo diuinam gratiam, dicit : Respexit humilitatem  
&cæte. Totum ascribit diuinæ dignationi, non mea  
rito. Sed quid egit iste respectus ? Ecce enim, inquit,  
ex hoc ( scilicet quia respexit me ) beatam me dicent  
omnes generationes. Quare? Quia fecit mihi magna  
Quæ sunt illa magna? Videamus finem & summam  
istorum magnorum occultatorum, non prolatorum  
& tunc perpendere melius valebimus, quæ sint ista  
magna. Suscepit, inquit, Israel puerum suum. Quid  
est hoc? Si fratres mei Israel nominatiui casus, & in  
his verbis hauriemus infinita & maxima gaudia. In-  
telligimus enim in eis, quod Israel tunc secundum  
carnem, & nunc secundum spiritum, suscepit puerum  
deum, Iesum saluatorem omnium, deum & homi-  
nem, dei patris & hominis matris filium. Et hic sen-  
sus dulcior est contemplanti atque cantanti, quam  
uis texus magis habere videtur quod Israel sit ac-  
cusatiui casus. Et est sensus: Dominus suscepit Israel

## DE BONI. DIVINA LIB. III. Fol. 231

puerum suum, id est, de Israël sumpsit puerum Iesum secundum carnem, in vniōne filij sui, secundum diuinam naturam, secundum quod alibi dicitur: NusqHebr. 1.  
 angelos apprehendit, sed semen Abrahā. Vterque tam  
 sensus in vnum & idem redeunt. Deus factus est  
 homo & saluator noster ex Maria virgine. Hoc est  
 vnum magnum, Mariæ quod concessum est. Cum  
 autem opera dei ordinata sint, decuit consortem dei  
 patris ultra omnem creaturam fore purissimam, san-  
 ctissimam atque dignissimam. Hoc nemo sanctus men-  
 tis negare potest. Debebant enim (sicut nunc habet)  
 habere unicum filium ex uteroque generatum, pater  
 deus, & mater virgo. Ecce stupendum consortium.  
 Quis ad hanc dignitatem aspirabit? Ut ergo dignis-  
 caret eam, fecit ei dominus magna. Hoc fatetur. Et  
 utique quod fatetur, hoc agnouit. Melius nouit my-  
 steria omnia, quam ipsa ecclesia, cuius est (post caput  
 id est, Christum) nobilissimum membrum. Merito  
 ergo queritur quae sint ista magna. Qui paucis contē-  
 tus est, dicet: Magna sunt, quod vigo mater genuit, φ  
 de spiritu sancto conceperat: & illud est deus & homo  
 unus Christus, una persona. Vera magna tanti offi-  
 ciū dignitas. Sed oportet quod aliqua praecedant, quia  
 hanc dignitatem efficiant, propter conditionem ge-  
 niti, qui est filius dei, deus: & propter consortium quod  
 habet generans mater cum deo generante patre, &  
 quod aliqua subsequantur quae dignitatem hanc in  
 perpetuum confirmant. Quia Iesus Christus (ut  
 testatur Apostolus) heri & hodie, ipse est in secula. Hebr. 13  
 Cū ergo matris ignominia contumelia est filij, decu-  
 it matrem talis & tanti filij, & ante tempora, & in  
 tempore, & post tempora, ab omni ignominia reddi  
 alienam. Et hoc factum est. Ecce hodierna solen-  
 nitate declaratur immunis ab omni peccato genita  
 Vnde Bernardus: Neque enim festiuis laudibus na- Bernar-  
 scens honoraretur, nisi sancta nasceretur. Eadem dus

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

etiam ratione festiuis laudibus concepta non honora-  
retur, nisi sancta cōcipererur. Ergo alienū peccatum  
in ea nō fuit, sicut in ceteris plib⁹ Adæ. Nō fuit igit⁹  
tur filia iræ, licet de Adā transducta sit: quia peccau-  
īram operatur. Permansit tamen morti obnoxia, &  
ā regno cœli aliena, propter conditionem genitæ de-  
massa mortali, & cui nihil de regno cœlesti debeba-  
tur. Quapropter ipsa mortem subiit temporalem ex  
conditione, sicut filius eius ex dignatione. Dignatus  
quippe est assumere filius vitam mortalem, ut nos re-  
dimeret. Nemo vero eum mori coegerit. Vñ ait: Ne-  
tollit z nimam meam, sed ego pono eam, & iterum as-  
sumo eam. Regnum etiam cœlorum ipsa per victo-  
riam filij obtinuit, & per bona opera gratia cooperā-  
te, & liberum arbitrium mouente, promeruit. Et quia  
gratia Christi, ac merituim se extēdit ad veteres san-  
ctos, ad præsentes pariter & futuros, ipsa etiam ma-  
ster Iesu eadē gratia salua facta est. Igitur nūquā deo  
displicuit per peccatum originale, nunquam offendit  
per actuale, sed semper placuit per gratiam. Et hæc  
in tanta nobilitate & abundantia seu plenitudine exti-  
tit, ut etiā omnium beatorum spirituum merita trāscen-  
derent. Sic dignitas eius incēpta est & perfecta, sic  
continuata & roborata, sic consummata & perpetua-  
ta. Hæc sunt magna quæ fecit ei dominus qui potēs-  
est, respiciendo intima ancillæ suæ. Fratres mei, stu-  
deamus & nos discernere, quid & quales sumus ex no-  
bis, secundum naturam corruptam, & propria pecca-  
ta, & quid & quales ex dei dono & gratia. Primum, ut  
gratiam diuini respectus obtinere valeamus: Ad  
quem, inquit, respiciam, nisi ad pauperculum, humilem  
& contritum corde? Secundum, ut gratias agamus  
largitori omnium bonorum. Caute tamen dona dei  
aspiciamus, nec maiora quam habemus, nobis ascri-  
bamus, nec de ipsis donis nos extollamus, nec aliquæ  
propterea despiciamus. Aliorum nec minoribus.

Ioh. 10

Isa. 66.

DE BON. DIVINA LIB. III. Fol. 232

bonis, nec eorum malis, nostra bona comparemus,  
ne alij nobis viles cāt: sed nostra mala aliorum bonis  
comparemus, vt alij nobis preciosi sint, & nos nobis  
viles camus, etiam p̄c ceteris. Humilitas quippe q̄  
dei conspectum meretur, est (inquit Bernardus) vir-  
tus, qua homo vera suūpsius cognitione sibi viles cit.  
Nō dicit desperatum, aut pusillanimem reddit. i Sunt  
enim nonnulli, qui seipsoſ considerantes, animo des-  
piciuntur, & desperant. Hoc non facit humilitas vir-  
tus vera sed falsa. Humilitas animum p̄fstat &  
spem: quia dominum noscit humilia respicere: Hu Psal. 112  
milia, inquit, respicit in cœlo & in terra. Ecce oculi Psal. 32  
domini super metuentes eum, & in eis qui sperant su-  
per misericordia eius. Viles igitur fratres nobisipſis  
facti exerceamus hanc virtutem. Primo volunta-  
tie subdentes nos maioribus. Sic informat magister  
bonus Paulus discipulos dicens: Obedite p̄positis Hebr. 13  
vestris, & subiacete eis, &cetera. Et iterum: Omnis Rom. 15  
anima potestatibus sublimioribus subdita fit. Sic fe-  
cerūt Iesuſ & Maria, vt patet ex decursu Euangelij.  
Secundo, subdamus nos minoribus, exemplo Christi Luc. 2  
qui descendit cum Ioseph & Maria, & erat subditus il-  
lis. Laut etiam pedes discipulorum. Quid dicemus  
fratres ad hanc Christi domini humilitatem? De p̄c-  
nitentia distinctione. 2. ca. Si quis semel, dicitur: Ex-  
ercitia humilitatis sunt, si se vilioribus officijs subdat  
& ministerijs indignioribus tradat. Tertio, reputem⁹  
nos indigniores, minores, & viliores oib⁹ alij. Chry-  
sostomus in lib. de 12. gradibus humilitatis: Qui vere Chrysost.  
est humili, indignorē se reputat oibus alij. August. Augusti.  
Existimate aliquos esse in occulto vobis superiores,  
quibus in manifesto estis meliores. Item Paulus: In Philip. 2  
humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Quar-  
to fateamur nos viles & contemptibiles esse. M. A.  
R. I. A se ancillam & infirmam appellauit, dicens: Re-  
spexit humilitatem ancillæ suæ. Hoc est contra illos Luc. 1.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

qui se viles, indoctos, inutiles, & malos agnoscunt, & tamen se gloriosos, sciolos, perutiles & bonos prædicant, vt ad honores perueniant. Quinto, optemus nos ab alijs viles reputari. Bernardus: Vere humilis vult vilis reputari, nō hūlis p̄dicari. Dominus maiestatis Christus Iesus, voluit vilis pro nobis reputari. Et nos in veritate viles, deditnamur si ab alijs viles reputamur. Sunt tamen nonnulli, qui vilia de se dicunt, sed tales ab alijs reputari nolunt, nec talia ab alijs audire volunt. Hæc est vera hypocrisis, attestante beato Augustino qui ait: Hypocrita est, qui humili esse non querit, sed tantum videri cupit. Sexto, fugiamus impensum honorem. Iesus ( qui superbiam timere non habebat) fugit quando volebant eum regem facere. Similiter magni sancti oblatae dignitates fugerunt. Et beatus Alexius fugit de Edissa, cum sentiret honorem sibi impendi. Hæc fuga semper mēte fieri deberet, non semper corpore. Est vere magna vis animæ in honore viuere, & non extolli. Vnde Bernardus: Non est magnum humilem esse in deiectione, sed magna prorsus & rara est virtus honorata humilitas. Ne ergo virtutem amitterent & meritum sancti fugerunt. Septimo, impendendum honorem impediamus. Sic fecit dominus prohibens curatos à se, ne cui dicerent. Nam ( vt inquit Augustinus) se laudari desiderat, superbum se esse demonstrat. Octavo, studeamus de oblato honore dolere. Cum dominus Iesus honoraretur à turbis dicentibus: Benedictus qui venit in nomine domini, ipse se ad lamen tum vertebat. Sic facit & sapiens. Vnde Chrysostomus: Sapiens cū laudatur in facie flagellatur, q̄sc̄ es rubescit. Et Gregor. Perfectus nescit de oblata laude gaudere. sed tristatur. Nono, patiēter sustineamus affligi & contemni, exemplo Christi & Mariæ. Ad hoc monet Ecclesiasticus dicēs: Oē qđ tibi applicitū fuerit, accipe & in dolore sustine, & in humilitate tua.

Bernard.

August.

Augusti.

Luc. 21.

Eccles. 7.  
Chrysost.

Gregor,

Ecccl. 2

patientiam habe: qm̄ in igne, pbatur aurum & argen-  
 tū, homines vero receptibiles in camino humilitatis  
 Decimo, gaudenter sustineamus nos affligi & contē-  
 ni, sicut Apostoli ibant gaudentes, qm̄ digni habitī es-  
 rant, p̄ nomine Iesu contumeliā pati. Est q̄qpe magna  
 dignitas, p̄ dñō pati, cōtemni & affligi. Sic sic fratres,  
 humiliemus nos pro posse nostro, exemplo matris  
 dei Mariæ, vt respectū domini obtinere mereamur,  
 & quem à malis nostris liberemur, & gratia & bonis  
 omnibus ditemur.

Actu. 3

**D**e excellentijs beatæ Mariæ, &  
 quomodo desideremus cōiugi  
 deo sicut ipsa. Exhort. XI.

**F**ulcite me floribus, stipate me malis, quia amo  
 re langueo. Canticorum secundo. Nosse  
 debetis charissimi quod dominus omnium  
 deus, ita ministerio vtitur creaturarum, vt naturalia  
 quæ ipsis tribuit, salua relinquat, nisi inter dum aliud  
 (quod raro fit) decreuerit. Tradidit igitur nobis scri-  
 pturas sacras per prophetas, Apostolos & euāgelistas  
 per sanctos etiam doctores & scribas salutaria docu-  
 menta. Sed quām diuersē hæc sancti spiritus organa  
 sonuerūt & sonant, nemo intelligens est qui igno-  
 rat. Inter hæc organa fuit rex Salomon, mulierē sola  
 tijis deditus, q̄ diuino spiritu tactus, inter cætera que  
 de moribus utiliter docuit, etiā amoris mutui purita-  
 tem spōsi & sponsæ, dei & ecclesiæ nō vtiq; luculenter  
 sed vmbrose cōscriptit, maxime propter metaphoras  
 & similitudines turpis amoris, & carnales parabolas.  
 Oportet has parabolas fortiter ptransire, ne hæreāt  
 mentibus infirmorū, & similia oia q̄ in sacris codici-  
 bus inueniuntur, & ad spiritualia (per hæc signata)  
 transmeare, Verba ergo hæc; Fulcite me floribus,

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Cantic. 2

stipate me malis, quia amore lagueo. Et: Adiuro vos  
filii Hie iusalem, si inueneritis dilectum, vt annunties-  
tis ei quia amore languo, innuunt secundum simili-  
tudinem, sicut mulier vel sponsa præ amore quem os-  
prat sponso indicari, vt fleatur amore, commotus  
se desideranti sponsæ præsentare atque coniungere:  
& interim petit ab omnibus floribus & fructibus, &  
similibus solatijs foueri atque fulciri, quod simili mō  
ecclesia & singula animæ deum amantes optant, qd  
dilectus deus velit sibi amoris vniōnem atque coniū-  
tionem annuere. Et quia tardat hoc facere, optat  
virtutibus p flores designatis, & operibus bonis mes-  
titoris, per mala, vel fructus denotatis fulciri & con-  
fortari. Sicut enim corpore languens indiget fomen-  
tis confortari, ita languens spiritu indiget fulcimen-  
to virtutum roborari. Per peccatum vero primoris  
parentum, sunt omnes vires animæ proprio ordine  
destitutiæ, ita quod difficulter bona operari, & malis  
resistere, & in deum per amorem reuerti valet homo.  
Idcirco, vt ad supernaturale bonum, id est, deum, ad  
quem cognoscendum atque amandum conditus est,  
tendere atque reuerti valeat, necessariae sunt ei ani-  
mæ virtutes, quibus bona operari valeat, & contra-  
ria his refellere. Virtus enim est circa difficile, & bo-  
num, & ideo ubi occurrit specialis ratio difficultatis,  
vel boni, ibi est specialis virtus. Ad virtutem autem  
moralem pertinet conseruare bonum rationis con-  
tra ea quibus potest impediiri, & ideo ubi inuenitur  
speciale impedimentum rationis, ibi necesse est esse  
specialem virtutem ad illud remouendum. Homo  
ergo non potest bona operari, nec malis resistere, nec  
per consequens in deum tendere, nisi habuerit virtus  
es. Optat ergo sponsa, id est ecclesia, & singula mem-  
bra eius, vehementer desiderans sponso, id est, Chris-  
tio domino, seu deo summo bono, per amorem con-  
iungi in æternitate, & interim virtutibus & merito:

## DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 734

His operibus fulciri: & hoc ipsum sponso indicari, cu<sup>m</sup>  
 tamen notum est omne secretum. Hoc ipsum vero  
 laudabile desiderium, nobilissimo ecclesie membro,  
 beatissimae videlicet virginis, dei genitrici Mariæ, in  
 excellētissimo gradu ascribendum est, nedum in sua  
 vita, verum etiam in suo ortu, id est, nativitate, quam  
 hodie festiue colimus. Attendamus dicitum sancti Io  
 hannis Damasceni, quod scilicet beata Maria à nullo **Damascene**  
 illustriu vincit, & inueniemus quod sancta hoc amos  
 ris desiderium habuerit in sua nativitate: immo adhuc  
 in matris utero. Scriptura manifeste testatur beatu  
 parvulum Iohannem nondum natum agnouisse do  
 minum Iesum, cuius præsentiam in utero exultando  
 præ gaudio, nuntiavit. Ergo ne beata Maria in tali  
 privilegio à beato Iohanne vincatur, concludimus,  
 quod pia nobiliori sanctificatione præuenta, & spiri  
 tu sancto altiore gratia impleta, rationis usum accele  
 rauerit, præstitam gratiam agnouerit, gratias eges  
 rit, & toto mentis affectu in deum volauerit, virtutis  
 bus quoque & bonis operibus (à spiritu sancto bene  
 edicta) flagrauerit. Et quis hac (q̄ lucide p scripturas  
 non pbamus) pro certo non dissimus, tamen pie cre  
 dēa pronuntiamus. Sunt enim circa matrem Iesu oīa  
 ita singularia, & eminēter supexcedēta, qd. nunquam  
 ea plene possumus indagare, sicut de conceptione &  
 nativitate ei⁹ nisi ecclesiæ authoritas diceret, nec scri  
 ptura nec ratio edoceret. Quō em potest de traduce  
 Ad nata, esse sine originali culpa, & tñ indigere redē  
 ptione sicut ceteri homines? De nativitatib⁹ ei⁹ sanctitatem nō  
 habem⁹ scripturā, sed mētis certitudinē p authoritas  
 eccl. ecclesiæ. Multa possēt stupēda eminēt supexceden  
 tia narrari de bñ Maria, sed in plenti sufficiat tria. Pri  
 mū est q̄ ipsa bñ Maria est veracit̄ & secundū naturā ma  
 ter, ga cōcepit & pepit veracit̄ puerū, qd cōstituit in  
 natura matrē, quis cōceptio fuerit supernaturalis. Cō  
 ceptio factu, naturaliter gignit, quis supernaturaliter

Luc. x.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

auctum sit quod beata Maria sine dolore genuerit. Est ergo beata Maria veraciter mater. Sequitur aliud eminenter superexcellens, videlicet quod haec eadē Maria mater veraciter sit in natura humana virgo immaculata. Est enim natura virginea in ea integra, nulla facta in carne corruptione, nec in animo vila habita voluptatis carnalis cōcupiscentia. Quae simul mater & virgo, in natura subsistere non valent, nisi authore naturae agente supra naturam. Secundum eminenter superexcedens est, quod ipsa eadem virgo, & mater est veraciter naturalis, quamvis super naturaliter mater dei. Hoc excedit omnem intellectus fileo de ratione & natura. Parvulus conceptus & genitus de Maria, est coniunctus inseparabiliter hypostatico, id est, subsistentialiter, verbo intellectuali diuino, hoc est, filio intellectuali diuino & factus cum eo dem una subsistencia & persona in deo, cum excellenterissima sui prooectione, & sine diuinæ naturæ iactura seu diminutione. Haec tamen omnia potuissent perfetta fuisse in Maria (si decuisset, & deo placuisset) sine gratia gratum faciente. Sequitur tertium eminenter superexcedens, videlicet quod ipsa Maria formam sexus (& propterea in insimo gradu generis humani) & rationalis naturæ (& idcirco in ultimo gradu intellectualis naturæ, in comparatione intelligentiarum, id est, ANGELORVM, qui sunt naturæ intellectualis) tot & tantas gratias inuenit & accepit a domino, quod ascenderit ultra omnes choros angelorum, quod de nullo sancto (teste Hieronymo) credere fas est, ut ultra omnium merita sanctorum, ut ibidem deum clarius videat, eidem per amorem ardētius inhāreat, suavius in deo requiescat, & gaudio eius perfruatur inamissibiliter. Ad istud stupent omnes beatissimi spiritus angelici, & omnes sancti admirantur eius excellentiam, & diuinam beatitudinem. Miremur & congaudeamus etiam nos.

Cum igitur talia facta sint circa matrem Iesu Mariam, cur non licet pie credere, quod in ea acceleratus sit visus rationis & intelligentiae, post spissitudini repletionem, cum hoc datum fateamur seruo domini, Iohanni baptistae? Cur & consequenter non liceret credere, quod toto mentis affectu immaculato atque purissimo, ad tantam gratiam exultauerit, & in deum perfecte tetenderit, & virtutum ac piorum operum fulcimentum optauerit? Sed dicet aliquis, nescio, quis: Quid necesse est haec noua & inaudita proponere? Falso teor, nunquam audii, sed quia moderno tempore pessimi Hæretici & infideles, audent ea quæ ex fide & eus angelio certissima sunt, ea quoque quæ ex doctoꝝ sanctissimorum ecclesiæ etiam generalis dissinitione rationabiliter credenda sunt de glorioſissima semper virgine dei genitrice negare & blasphemare, audeo & ego coram diligentibus eam, eamque laudantibus, & eisdem in bonis gratiæ congaudentibus, vetera commendare, & noua rationabilia ac credibilia veteribus accumulare. Nemo peccat laudabilem laudando, aut reum excusando, citra tamen dei aut aliorum iniuriam, sed male agit qui laudabilem vituperat, aut innocentem condemnat. Credo ergo haec: homo Mariz super omnes creaturas puras exaltata in gratia & gloria, quod post gratiæ dei per spiritum sanctum factam infusionem, in effectu verborum cantauerit atque petierit: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amo re languorem. Adiuro vos filiæ Hierusalem, si inueniri Cantic. 2 tis dilectum, ut annuntietis ei, quia amore langueo. Cantic. 3 Voluit enim ardenterissimo desiderio concupiuit virtutibus, & bonis operibus tanquam floribus ac fructibus fulciri, & amore repleti: & hoc per electos (modo loquendo humano) sponso dilecto deo nuntiari. O quali affectu concupiuit haec, iam degens cum filio, cum quo familiarissima conuersata fuit omnibus diebus sine querela, O charissimi si sentire potestis,

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

aut cogitare, quid viderit, id est intellexerit, quid  
senserit in amando, quando permissa fuit intrare in  
cor filij, & quando filius intrauit in cor eius, spiritus  
in spiritum, lymphaissime, purissime, rectissime. Intel-  
ligite intellectum, affectum, intentionem. Per hæc  
quippe ascensus fit in deum. Sed nemo castius ea vns-  
quam ascendit. Nitamur certius ascendere post matrē  
domini per intellectum, affectum & intentionē in de-  
um, & cantemus in effectu verborum: fulcite me flo-  
ribus, &cater. Sine fictione concupiscamus fulciri  
virtutibus & bonis operibus, quia deus veritas est,  
& corda omnium lucidissime semper & ubiq; intue-  
tur, ut testatur tota scriptura. Per hæc enim deo ocs-  
currimus, & nos aptos & dispositos exhibemus, eo  
tamen in nobis hæc operante & cooperante, sine q̄  
nihil possumus facere. Languorem quoq; amoris in-  
sinuemus. O quid est hoc! Breuiter dicam: Languer  
anima amore, quando vult coniungi vnice dilecto,  
nec ei conceditur. Cum igitur anima amore tendit,  
nec coniungi potest prout optat vnice amato, nec  
in alia tendere vult quantumcumque videntur ana-  
bilis, cum non sint id quod vnicē diligit, tunc languo-  
re, id est, afflictione spirituali afficitur, qui languor  
semper accrescit, & nunquam minuit: suisq; suspirijs  
& gemitibus amor nutritur, & fortificatur, semper  
suspirans & dicens: O vtinam placerem, O quando  
grata ero! O quando me dilectus aspiciet! Et simi-  
lia innumera: Quod si aspectum percepérat dilecti,  
tota anima ipsa obuiam currit, volens tenere quem  
præsentem quidem sentit, quanquam non videat.  
Non enim possibile est (de communi cursu) in hac vi-  
ta deum videre, sed sentiri potest. Quid autem sit sen-  
tire, nouerunt qui senserunt. Nemo enim nouit, nisi  
qui acceperit, & fit diuersis modis secundum dei se-  
off:rentis indulgentiam, & animq; dispositionem. Dis-  
ponamus nos charissimi per veras virtutes, & opa

DE BONI. DIVINA LIB.III Fol.236

bona, vt ad hanc dei nostri optimi, & nimis amabili-  
lis indulgentiam, qua seipsum totaliter offert, perue-  
nire valeamus. Iugiter eius desiderio inh̄greamus, et  
pr̄ter eum nihil desideremus. Nudemus affectum  
nostrum ab omnium creaturarum amore, quia pre-  
ceptum est nobis: Diliges dominum deum tuum ex Deuter.  
toto corde tuo, id est, voluntate, in qua est affectio. Matth. 22  
Nihil ergo diligere debemus, nisi ipsum solum, vel Marc. 12  
in ipso, vel propter ipsum. Omnia quae pr̄ter ipsum  
occurtere possunt, debem⁹ fortissima manu repellere  
et totis viribus agere, ut ille vnicē dilectus solus semp  
occurrat. Ad hoc debemus vti ingenio nostro, legen-  
do & studendo ea quae huic negotio, id est, diuino a-  
mori, accommoda sunt: & hoc est diligere ex tota  
mente. Sensus quoque nostros coercere ab alijs q̄  
dilecto displicant, & vrgere ut quae sunt placita, persi-  
ciant: & hoc est diligere ex tota anima. Viribus  
etiam motiuis & exequitiuis vti secundum benepla-  
citum dei: hoc est diligere ex omnibus viribus no-  
stris. Sicque fiet quod totus homo nihil aliud velit,  
nihil diligit, nihil intelligat, nihil sentiat, nihil ope-  
retur nisi deum, & quae dei sunt.

Quomodo deus pater dici possit beas-  
tæ Mariæ maritus, & de generatio-  
ne filij dei. Exhortatio XII.

**R**ost partum virgo inuiolata permanes-  
sti. Istud in laudem dei genitricis per-  
petue virginis, sancta mater ecclesia  
decanari instituit. Et hic versiculus  
dupliciter potest exponi. Primo referē  
do partum ad beatissimam Annā, q̄ pe-  
perit filiam virginē Mariā, vt sit sensus, postq̄ Anna

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

enixa est Mariam, ipsa filia post partum matris, semper virgo inuolata permanit. Et hic sensus concer-  
nit præsentem solennitatem. Secundo potest exponi  
referendo partum ad ipsam virginem Mariam, quæ  
peperit Iesum filium suum, vnicum dominum & sal-  
uatorem nostrum. Et hic sensus concernit solennita-  
tem natuitatis eiusdem domini nostri Iesu Christi,  
& est proprius sensus præfati versiculi, & contra Hę-  
reticos institutus, qui composuerunt ex verbis san-  
cti euangelij false & male intellectis, quod beata dei  
genitrix post partum filij dei alias proles genuerit.  
Cui fallissimæ sententiæ per sacros doctores ecclesie  
Christi, sufficienter est responsum ad eam fundi-  
tus eliminandam. Et nos pro tuitione purissimæ &  
floridissimæ virginitatis dei genitricis Mariæ aliquid  
conferamus. Constat ex scripturis sanctis, quod vi-  
uente viro, vxor adultera erit, si fuerit cum alio vi-  
ro, & digna pœnis & morte. Manifestum est autem  
quod beatus Ioseph sponsus Mariæ, non fuit ei de-  
putatus in maritum, ut ex ea proles suscitaret, sed es-  
set solum custos, nutritor & seruitor Mariæ &  
Iesu, deo hoc volente & ordinante. Etiam sunt multæ  
causæ per sacros doctores conscriptæ, quare ex de-  
sponsata virgine voluit dominus Iesus procreari,  
quas non oportet nunc recensere. Dicamus ergo cū  
pietate, quod aliud erat yerus maritus virginis, qui so-  
lus ex ea prolem produceret, scilicet deus pater suū  
vnicum filium. Misit enim nuntium suum deus pater  
ad Mariam, ut ei consentiret ad concipiendum & pa-  
riendum filium suum naturalem, sicut euagelista tes-  
statur: Scribit enim sanctus Lucas, quod nuntius à  
deo missus, dixerit Mariæ: Ecce concipies in utero,  
& paries filium, & filius altissimi vocabitur. Et re-  
quisiuit eius consensem. Qua consentiente, verum &  
purissimum, & deificum matrimonium inter deum  
patrem & virginem factum est, & statim spiritu san-

Roman. 7

Lucæ 1

Et eam fecundante, completum est. Et fructus ventris virginis verus, & naturalis, atq; legitimus filius factus est dei patris, & virginis matris, ex legitimo thoro. Vnde dominus Iesus appellat seipsum filium hominis, scilicet suæ matris, & filium dei, scilicet sui patris. Excellit autem prædictum matrimonium, matrimonium purorum hominum in multis, in nobilitate, in fecunditate, in inuiolabilitate, in charitate in puritate, in inseparabilitate, in animorum concordia & unitate, in iucunditate, & multis alijs. Sicut enim est perfectior generatio in diuinius quam in humana propter maiorem similitudinem geniti ad gerantem in identitate, scilicet substantiæ (qd nūlq; in hominibus inuenitur) sic quibus est perfectius matrimonium, quod est inter deum & virginem, ex matrimonio quod est inter virum & mulierem, ortus est filius, verus deus & verus homo, unus tamen Christus, & unus Emmanuel, ex duabus naturis & substantiis in infinitum distantibus, & tamen in unam personam coeuntibus, sine parentum violatione, pollutione, aut corruptione. Certissimum est autem quod post partum virginis, deus pater maritus eius, nō est mortuus, sed viuit in secula seculorum. Igitur qui dicit Mariam cum alio viro fuisse, & proles peperisse, ille dicit eam fuisse adulteram, & prostituisse sacrarum spiritus sancti, & dignam grauissimis penitentia. Sed quomodo verecundissima ac deuotissima virgo & mater dei, potuisset deuenire ad tantam insaniam, vt maritum primaria nobilissimum, deum patrem omnipotentem relinqueret, cum ipsius dei maxima iniuria, & immunditiis secundarum nuptiarum, & mortali homini se subiiceret, & alias proles atq; hæredes induceret, super amabilissimum ac nobilissimum filium suum Iesum, deum & saluatorem suum? Frequenter enim est, ac visitissimum hominibus, sensu cultoribus, licet non omnibus, quod secundas.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

nuptias non admittant propter amorem & fauorem  
quē habent ad primæ defunctæ vxoris filios, quos  
hæreditatem nolunt minui, si forte cū secunda vxo  
re filios procrearent. Quis posset excogitare magni-  
tudinem peccati ingratitudinis Mariæ, si cum tanto  
filio, deo concepto, contenta non fuisset? Impossi-  
bile omnino fuit, quod ipsa virgo gratia dei plena, ta-  
le scelus incestus maximi committeret. Et quomo-  
do possibile foret deum patrē potuisse dissimulasse  
tantam iniuriam ( qui nullū malū relinquit impunis-  
tum) & notam seu maculam gloriæ suæ intulisse, fas-  
uendo Mariæ sponsæ, & vxori suæ in crimen grauis  
simi adulterij. Sicut enim matrimonium eius cū deo  
patre, & fecunditas eius cum deo filio excedit digni-  
tate omnem fecunditatem, ita præfatum adulterium  
excessisset oīs adulterij immanitatem. Cum ergo de-  
us pater virginem Mariam habuit semper in summa  
amicitia, in plenitudine gratia, & eam coronauit su-  
per omnes choros angelorum in plenitudine gloriæ  
manifestissimum est, quod ipsa eum nunquam offen-  
derit, neq; in prædictum adulterium declinauerit. Re-  
ste igitur canit ecclesia, & nos in ea: Post partum vir-  
go inviolata permanisti. Dicet aliquis: Cum spiritus  
sanctus sit deus, & euangelista narrat nuntium mis-  
sum, ad virginem dixisse: Spiritus sanctus superueni-  
et in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ideoque  
quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei, vi-  
detur quod spiritus sanctus sit pater Iesu, quem etiam  
fatemur in symbolo de spiritu sancto conceptum. Il-  
le enim est pater pueri, de quo concipit mulier. Nos  
dicamus breuiter, quod nomina paternitatis & mas-  
ternitatis, & filiationis generationem consequuntur  
non tñ quamlibet sed proprie generationem viuen-  
tiū, & præcipue animalium, qñ tamen id quod ge-  
neratur habet similitudinem generantis perfectā in  
identitate speciei. Idcirco semē non dicitur pater ge-

## DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 238

niti, licet opere ad generationem eius, nec crines,  
neq; vermes q; generant ex homine dicunt filij, quia  
non habet similitudinem in eadē specie humana, sed  
homo natus de homine, est filius hois generantis: qā  
procedit ab eo viuente, viuens secundum rationem  
similitudinis in identitate naturæ humanæ, vel spe-  
ciei. In deo vero est perfectior generatio quā in ani-  
malibus, & perfectior paternitas & filiatio, qā à deo  
patre viuente vita superintellectuali diuina, secundū  
rationem similitudinis perfecte in identitate, nedum  
naturæ vel speciei, sed etiam substantiæ & individui.  
Illa quippe est maxima similitudo, quæ consistit in  
vno individuo, propterea dicit filius: Qui videt me, Iohan. 14  
videt & patrem. Et quia dñs Iesus est filius dei secū-  
dum perfectam rationem filiationis iuxta modum  
iam dictum, nō potest esse, vel dici filius cuiusvis pa-  
tris, nisi illius à quo prædicto modo generat. Ille ves-  
to pater, est vis intellectua diuina, q; in actu intelligi  
gendi producit verbū sibi æquale, & consempiternū  
substantiale & simillimū, dando ei vitā superintelle-  
ctuā diuinā in identitate individuali. Et quia dñs Ie-  
sus non procedit, nec generat à spū sancto, neq; à to-  
ta trinitate, idcirco non potest esse vel dici filius spū  
sancti, vel sanctæ trinitatis, sed solius patris in diui-  
nis, & hoc inquantū est deus. Sed inquantū est homo  
est filius virginis matris à q; processit, viuens à viue-  
te, scdm rationem similitudinis in idētitate speciei &  
naturæ humanæ. Sed qā ille homo (scz Iesus) in ipso  
momento conceptiōis vnitus est hypostaticē verbo  
i. filio patris in diuinis, ita qd verbū i. filius dei & fili-  
us Mariæ virginis matris, est vna persona, & unus fili-  
us: idcirco Chrūs Iesus est vnicus filius solius patris  
in diuinis, & solius matris in hūanis, & vtriusq; parē-  
tis. f. dei & hois Ius vnicus filius in cōmuni, & non  
est filius sanctissimæ trinitatis, vel solius spū sancti.

Vnde Augusti, vir deo plenus dicit in Eucheridio. Augus. n.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Natus est Christus de spiritu sancto non sicut filius,  
& de Maria virgine sicut filius, quamvis spiritus san-  
ctus operabatur incarnationem verbi, vel filii dei, &  
eius conceptionem, sicut etiam pater & filius, quia  
opera trinitatis sunt indiuisa. Quæcumq[ue] enim ope-  
ratur vna persona, operantur tunc æqualiter reli-  
quæ duæ personæ, quia tres personæ sunt unus sim-  
plicissimus spiritus superintellectualis, qui operatus  
omnia in omnibus indistincte, quanquam quædam  
opera attribuantur singulis personis propter  
proprietates earundem. Sic patri tanquam primæ  
personæ attribuuntur quæ spectant ad potestatem,  
filio quæ ad sapientiam, spiritui sancto quæ ad amo-  
rem, gratiam & benignitatem. Et quia maxima gra-  
tia, & amor, & benignitas dei erat eius incarnatio, dicitur  
dominus Iesus conceptus de spiritu sancto, lis-  
cit pater & filius æqualiter idem operabantur, sicut  
etiam in symbolo cantamus de spiritu sancto: Qui  
locutus est per prophetas. Et nihilominus alia quæda-  
m filiatio, sed imperfecta secundum rationem sis-  
militudinis imperfectæ. Sicut in homine est quædam  
similitudo dei imperfecta, & in quantum creatus est  
ad imaginē dei, & in quantum recreatus est secundū  
similitudinem gratiæ. Et ideo utrumq[ue] modo potest  
homo dici filius dei. Et licet dominus Iesus secundū  
humanam naturam sit creatus & iustificatus, nō ta-  
men potest dici filius dei, neq[ue] ratione creationis, ne-  
que i ratione iustificationis: sed solum ratione genera-  
tionis æternæ, secundum quam est filius patris solis  
us secundum perfectam rationem filiationis. Quod  
enim de aliquo dicitur secundum perfectam rationē,  
hoc non est dicendum de eo secundum rationem im-  
perfectam. Ecce quanta est dignitas & excellentia  
Mariae virginis, qua recepta est in consortium san-  
ctissima trinitatis, patris scilicet, cuius filii est ipsa  
mater, filii quæ concepit, peperit & educavit, spiritus

Ephesi. 3

Genesi. 1.2  
Sapient. 2

sancti, de quo cōcepit, vt merito à nullo altero in cō  
 sortium recipi, sed virgo post partum inuiolata per-  
 manere in perpetuum debeat. Det nobis charissimè  
 fratres dominus Iesus meritis bonæ Mariæ matris  
 eius, vt cognoscamus quanta bona nobis præstiterit  
 & ad quantam dignitatem nos prouexerit, & quan-  
 tam excellentiam promiserit, vt incitemur ad seruā-  
 dum inuiolationem post partum, & quidem virginia-  
 lem, si possibile est, quæ formaliter consistit in pro-  
 posito perpetuo abstinenti ab omni delectatione ve-  
 nerea, quæ virginitas non amittitur, nisi per contra-  
 rium propositum. Quapropter si quis contra propo-  
 situm & voluntatem suam senserit voluptatem ves-  
 nereum, sive in somno, quando non habet liberum  
 iudicium rationis, sive in vigilia, quando corpus in  
 somno incitatum est, & displiceret, vel quando oppri-  
 mitur virgo per violētiā, non amittitur virginitas.  
 Vigila tamen valde, quī habes virginitatis thesaure,  
 ne amittas. Quod si virginitas proprie dicta amissa  
 fuerit, teneatur virginitas spiritualis, quæ consistit  
 in hoc, quod mens hominis delectatur in spirituali  
 coniunctione ad id cui debet coniungi, scilicet ad des-  
 um, & abstinet se ne delectabiliter alijs coniungatur  
 cōtra debitū diuini ordinis, iuxta illud Pauli: Despō  
 di vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.  
 & principaliter ratio huius virginitatis consistit in  
 charitate, & in alijs virtutibus theologicis, quibus  
 mens hominis coniungitur deo, & incipitur seruari  
 post partum penitentiæ. Hanc virginitatem perpe-  
 tuo proposito seruemus, vt cuilibet nostrum in ec-  
 clesia triūphante, hoc est, in ecclœ, cantetur; Post par-  
 tū virgo inuiolatus permanisti.

2. Cor. 12

## ANNVNTIATIO BEATÆ Mariæ. Titulus secundus.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

**D**e gratia multiplici, & quomodo eandem per Mariam impetremus, de eiusdemq; salutatione institutio.

**Exhortatio I.**

**Gratia.**



Ve gratia plena. Lucæ primo. Audita  
hac salutatione, primum menti occurrit, quid sit gratia, aut quid accipiatur  
in nomine gratiæ, ut de ea omnibus alijs bonis dimissis, singulariter committetur  
virgo gloria à deo per angelum salutata. Sciendum ergo, quod aliquando dicitur  
gratia omne illud quod ex gratuita divina voluntate in creaturis fit. Et sic est gratiæ ipsa crea-  
tio, & conseruatio, & gubernatio omnium creature-  
rum, & generalis motio. Ista maxima beneficia dei  
deberemus merito quotidie diligentissime attendere  
in nobis ipsis, & præsentia diuinæ gratias & reueren-  
tiam habere & exhibere cum humilatione & deuoti-  
one, hoc est, humiliter nostram nullitatem atren-  
dendo & promptos nos ad diuinum beneplacitum  
exhibendo: & hoc diuinæ præsentia, quia ex quo de-  
us operatur per intellectum & voluntatem, ipse utique  
plenissime cognoscit & attendit quod creavit, &  
conseruat, & per bonam & gratiarum voluntatem  
mouet quod conseruat, ergo est præsens. Quamvis  
enim nobis & omnibus creaturis dedit alias natu-  
rales formas & virtutes, per quas inclinemur & dele-  
stabiliter moueamur in ea quæ sunt nobis secundum  
naturam: tamen non possumus prodire in motum  
talem naturalem, nisi motu à primo mouente deo:  
Sicut enim motus omnes corporales reducuntur in  
motum cœlestis corporis, sicut in primu[m] mouens  
corporale: ita omnes motus tam corporales quam

## DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 240

spirituales reducuntur in primum mouens simpliciter, quod est deus. Et ideo quantumcumque natura aliqua corporalis vel spiritualis ponatur perfecta, non potest tamen in suum actum procedere, nisi moueatur a deo. Hæc ille. Quapropter non possumus nec operari, nec loqui, nec cogitare, nisi deo praesente & mouente, nec valemus in esse permanere, nisi ipso conseruante. De quo Bernardus: Humana natura sic condita est, ut necessario habeat conservatorem quem habuit conditorem, eo quod secundum Augustinum, sicut esse omnium nostrum est ex nihilo, ita ad nihilum tenderet, nisi deus gratia sua & manu regiminis conseruaret. In ista gratia communicamus cum beata virgine M A R I A, & cum benedicto filio suo I E S U secundum suam humanitatem. Sed quia homo ad bona cœlestia, id est, ad æternam beatitudinem creatus est, ad quæ se ex puris naturalibus mouere non potest, nec ad ea tendere, eo quod nullum agens potest operari ultra suam virtutem (opera autem meritoria vitæ æternæ, & ipsa beatitudo excedunt virtutem actionum naturalem hominis) propterea necesse est quod ab altiore virtute adiuuetur, sicut aqua adiuuatur ab igne ut possit calefacere, similiter fornax: ita homo adiuuatur a deo, ut ad æternam beatitudinem pervenire valeat, qui est finis eius supernaturalis. Et primo quidem mouetur voluntas humana gratuitè a deo, & est gratia præueniens, quia omnes a iis gratias præuenit pertinentes ad æternam B E A T I T V D I N E M. Et dicitur etiam operans, quia per se ex sua liberalitate & misericordia deus operatur hunc saluberrimum motum in anima, ita ut incipiat velle bonum, quæ antea volebat malum. Et dicitur etiam gratia præparans, quia præparat H O M I N E M ad susceptionem gratiae habitualis, id est, gratum facientis

Bernard.

August.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Sed dicitur gratia cooperans, quando cooperatur liber arbitrio, interius confortando, & exterius facultatem operandi praebendo. In utroque est motus dei necessarius, scilicet tam in volendo quam in perficie do bonum. Hic tamen motus prout est gratia operans vel praeueniens, non sufficit ad salutem, quia nondum est peccator iustificatus, plures enim resistunt diuinæ inspirationi & motioni. Sed si liberum arbitrium non fecerit resistantiam, tunc ex diuina misericordia consequetur gratiam, hoc est, aliquod habituale donum dei, quod est quædam participatio diuinæ naturæ, secundum quam dicimus in Christo regenerari. Quod donum est preciosius & nobilis omnibus creatis secundum naturam, sed non secundum modum essendi. Secundum naturam, quia est participatio & consortium diuinæ naturæ, ut ait Apostolus Petrus, sed non secundum modum essendi, quia est in nobis accidentis. Et dicitur operans in quantum animam sanat & iustificat, & deo gratam facit. Et dicitur cooperans, quia est principium operis meritoris quod homo operatur.

2. Petri. 1

Gregor.

Philipp. 2

Chrysost.

August.

De hoc dicit Gregorius: Nil valet humana industria sine adiuuante dei gratia. Deinde bonum quod agimus, dei est & nostrum. Dei quippe, propter præuenientem gratiam: nostrum, quia voluntarium. Vnde Apostolus: Deus est enim qui operatur in nobis vel Chrysostomus: Nec gratia sine voluntate bonum operatur, nec voluntas sine gratia operari potest. Nam sicut terra non germinat sine pluvia sic nec homo sine gratia. In hac gratuita motione diuina, & in hoc gratuito dono incomparabiliter nos dei genitrix excedit: quia diuinus motus nullam unquam in ea inuenit resistantiam, ne gratuitum donum in ea inuenit, quod aut iustificare, aut sanare, quia fuit semper immunis ab omni peccato, quod solum resistit diuinæ motioni, & indiger iustificatione & salvatione. Vnde Augustinus: Cum de peccato agitur,

de Maria nullam volo profsus habere mentionem,  
 quia scimus quod illi plus collatum est gratiae ex omni  
 parte vincendi peccatum: quia concipere & parere  
 meruit eum, quem nullum constat habuisse peccatum.  
 In hac sententia omnes illuminatissimi ecclesiae do-  
 ctores concordant. Ex quo sequitur quod beata Ma-  
 ria mota sit a spiritu sancto nobilissimo motu, ut po-  
 te ad altissimum gradum gratiae consequendum, &  
 acceperit summum gratiae gradum, ut pote ad altissi-  
 mun gradum gloriae: quia erat omnibus innocentis  
 & electa in matrem dei. Vnde naturalis ratio  
 hoc dicit, cum sponsa esse debebat spiritu sancti, &  
 mater dei, quod plus ceteris a spiritu sancto dilige-  
 retur, hoc est, quod maiora gratuita dona, praecepue-  
 gratum facientia acciperet, & plus ceteris filium dei  
 diligenter, hoc est, maioris meriti esset. Ideo dicit  
**A V G U S T I N U S:** Quid dignius hac vir-  
 gine, quae transcendent merita omnium mortalium,  
 etiam & angelorum? Et Bernardus: Maria est tan-  
 ta, ut nullus sanctorum sit gratiosior, imo excedit  
 gratiam omnium sanctorum. Et Iohannes Dama-  
 scenus dicit: Quod a nullo illustrium vincitur, No-  
 standum quod beata Maria habuit ultra communem  
 hominum gratiam præservationis, ne laberetur in  
 originale peccatum, nec in actuale, & ideo gratia gra-  
 tum faciens nihil in ea sanavit. Sed omnis alius ho-  
 mo in statu naturæ corruptæ indiget gratia habitua-  
 li sanante naturam ad hoc, ut homo omnino a pecca-  
 to abstinet. Quæ quidem sanatio primo fit in præ-  
 senti vita secundum mentem, appetitu carnali non-  
 dum totaliter reparato. In quo quidem statu potest  
 homo abstinere ab omni peccato mortali, sed non  
 veniali, propter corruptionem inferioris appetitus  
 sensualitatis, cutius motus singulos reprimere potest  
 sed non omnes: quia dum vni resistere inititur, for-  
 tassis alius insurgit, & etiam quia ratio non semper

Aug.'

Bernard.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

potest esse per uigil ad huiusmodi motus vitandos.  
Similiter etiam antequam hominis ratio( in qua est  
peccatum mortale ) reparetur per gratiam iustifi-  
cationem, potest singula peccata mortalia vitare, & se  
cundum aliquid tempus, sed quod diu maneat abs  
que peccato mortali, esse non potest, dicente beato  
Gregorio : Peccatum quod mox per poenitentiam  
non deletur, suo pondere mox ad aliud trahit. Et  
huius ratio est, quia sicut rationi subdi debet inferis-  
or appetitus, ita ratio etiam subdi debet deo , & in  
ipso constituere finem suæ voluntatis . Sicut ergo  
inferiore appetitu non totaliter subiecto rationi,  
non potest esse , quin contingent inordinati motus  
in appetitu sensitivo: ita etiam ratione hominis non  
totaliter existente subiecta deo, consequens est, vt cō-  
tingant multæ inordinations in ipsis actibus ratio-  
nis. Cum enim homo non habeat cor suum firma-  
tum in deo , vt pro nullo bono consequendo , vel  
malo vitando, ab eo separari veller, occurunt mul-  
ta, propter quæ consequenda vel vitanda homo re-  
cedit à deo, & ita peccat mortaliter, præcipue quia in  
repentinis homo operatur secundum finem præ-  
conceptum , & secundum habitum præexistentem,  
vt Philosophus dicit tertio Ethicorum . Est etiam  
alia gratia, per quam datur homini perseverare in  
bono usq in finem, quam nemo mereri potest, sed  
deus ex sua largitate dat eam cui vult . Ideo petere  
debemus attētius, quia deus multa nobis dat petitus  
quæ alias non meremur. Hanc etiam Maria habuit  
per certissimam reuelationem. Sed quia gratia datur  
nendum ut homo reducatur in deum (quod fit per gra-  
tiam gratū facientem ) sed etiam propterea ut unus  
homo per alium educatur in deum , est alia gratia  
quæ vocatur gratis data, ad utilitatem (vt inquit A-  
postolus) quia ad utilitatem hominum supra faculta-  
tem naturæ, & supra meritum personæ præstatur: ut

## DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 242

est gratia sanitatum, operatio virtutum, &c. In hac etiam gratia excellit beatissima virgo Maria omnes sanctos: quia fuit vtilior vniuersis, quæ (teste glorio so Hieronymo) cœlis dedit gloriam, terris deum pacemq; infudit, fidem gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus disciplinam. De hac & alijs eius virtutib; idem ait: Si diligenter attendas, nil est virtutis quod non resplendeat in ea. Quapropter dicitur gratia plena, non tantum plenitudine sufficientia, (quæ est omnium saluandorum) nec tantum plenitudine abundantia (quæ est specialium sanctorum) sed ultra, inō habuit & habet plenitudinem superex fluentiæ: quia omnes sanctos in gratiæ vertute excellit ad impetrandum nobis gratiam & gloriam. Ad thronum gratiæ eius reuerendissime & devoutissime accedamus, & auxilium gratiæ queramus, quia ait Bernardus: Altius intuemini, quanto devotionis affectu eam dominus voluit à nobis honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria, ut si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ex ea nouerimus redundare. Nihil habere nos voluit, quod per Mariæ manus non transiret. Ea propter frater (secundum consilium. S. Bernardi) si es in angustijs, periculis, aut in rebus dubijs, Mariam inuocata Mariam cogita, non recedat ab ore tuo, non à corde, vt impetres eius orationis suffragium. Et præcipue ipsius dei genitricis angelicam salutationem deuotissime frequentemus, quæ est sibi gratissima. Pro cuius salutationis maiore actuali attentione habenda, hæc vobis communico F R A T R E S. Quando tria aue M A R I A legitimis ante matutinas, in primo Ave Maria quando dicitis gratia plena, tangat memoriam gratia humilitatis, quæ fecit deum patrem esse secum. In secundo Ave Maria, quando dicitis gratia plena, tangat memori Hierony:

Bernard.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

am gratia castitatis, quæ fecit deum filium, id est, dei sapientiam esse secum. In tertio Ave Maria, quando dicitis gratia plena, tangat memoriam gratia charitatis, quæ fecit deum spiritum sanctum esse secum, qui est charitas. Quando pulsatur Ave Maria, dicat quinque Ave Maria. In primo recordetur gratia humilitatis, & gaudium conceptionis filii dei. In secundo, gratia castitatis, & gaudium parturitionis domini. In tertio gratia charitatis, & gaudium resurrectionis. In quarto gratia contemplationis, & gaudium ascensionis Christi domini. In quinto plenitudo gratiae, & gaudium assumptionis eius, & æternæ gloriae.

### ¶ Elucidatio angelicæ salutationis.

#### Exhortatio II.

Bernard.

Psalm. 31



Ve Maria gratia plena, dominus tecū. Lucæ primo. Hæc fuit angelica salutatio, cuius dulcedinem volēs beatus Bernardus exprimere ait: Est tibi o' virgo Maria quasi osculum audire hunc versum: Ave Maria. Toties em oscularis o' beatissima, quoties per ave deuote salutaris. Hodie ut nostis charissimi, solēniter recolitur dominica annuntiatio, solennitas omnium solennitatum, in qua deus homo factus est, & homo deus, non utique in vna natura, sed in vna persona. Solennitas, inquam, in qua Christus passus & mortuus est, & nos precioso sanguine suo redēpti. Reuolutus quippe ab incarnatione domini annis 34. eodem die mortuus est. Numerum annorum reperies in Psalmo: Deus deus meus respice, qui manifeste agit de redēptione generis humani, in quo sunt verius 34. Ex hac solennitate tanquam ex radice prodierunt solennitates nativitatis, passionis & resurrectionis eius, & ceteræ.

tarum quæ ad complementum redemptionis huma  
 næ celebrata sunt, nec non & omniū sanctoꝝ, q̄ hinc  
 suam salutem & sanctitatem traxerunt. Non enim pos  
 test hoc sacramentum maximum vna die celebrari,  
 quod pro sui excellentia & nobilitate excedit omnia  
 opera domini. In hac die dicitur nostræ virgini à nasci  
 cio veritatis à deo misso: Ave gratia plena, dominus  
 tecum. Quæ verba mira & inaudita à seculis contine  
 nt sacramenta atq; mysteria. Sed omissis cæteris  
 tangamus quinq; quæ acciderunt in incarnatione do  
 mini his dictioribus designata. Per ave præparatio **Ave.**  
 virginis dignissimæ futuræ matris dei designatur.  
 Fuit enim libera à vñ omnis peccati, etiam minimis  
 venialis. Propter quod prius concepit Christum mēs  
 te quam carne, eo q̄ hospitium suum venienti dos  
 mino gratissime præparauerat. Ita quod præ cūctis  
 puris creaturis tam angelicis quam humanis excelle  
 tissimum habet puritatem. Decorauerat enim dos  
 sum corporis sui castitate purissima, thalamum cor  
 dis sui humilitate gratissima, lectulum mētis suę cha  
 ritate plenissima, & omnē animæ officinā virtutibus  
 clarissimis. Quapropter adueniens sponsus dicere ei  
 poterat: Tota pulchra es amica mea, & macula non  
 est in te. Quod de nulla alia fas est credere: quia ne  
 mo nostrum inmundus à sorde, nec infans vnius diei.  
 Item cum additur ad ave, gratia, designatur gratia co  
 operans, per quā dominus deuotis mentibus ad ascē **Gratia.**  
 sum virtutum, ad impletionem gratiarum cooperari  
 solet. Vnde ait: Ego sto ad ostium & pulso, scilicet p  
 gratiam gratuitam, vt introducam gratiam gratum **Apocal. 3**  
 facientem. Si quis audierit vocem meam, aure cor  
 dis, & aperuerit mihi ianuam, id est liberi arbitrii in  
 gressum, introibo ad eum, per gratiam gratum facie  
 tem, & cenabo cum eo, quia iam opera eius bona  
 grata & meritoria redduntur, & ipse mecum, in dulc. **Gratia du**  
**core deuotionis.** Est (vt breuibus loquar) duplex gra plex,

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

tia. Prima dicitur gratia gratis data, & est donum q  
quis se præparat ad suscipiendum spiritus sancti do  
num, reuocans libertum arbitrium a malo, & excitas  
ad bonum, sicq; habilitatur homo ut salua iustitia  
sibi conferri possit gratia alia, quæ dicitur gratum fa  
ciens. Fieret enim diuinæ misericordiæ iniuria, si tali  
daretur gratia in quo esset obex gratiæ, & peccandi  
voluntas. Cum igitur ex instinctu gratiæ gratis date  
homo actum peccati, & peccandi voluntatem dese  
rit, & conatur in bonum prout sibi est possibile, tūc  
facit quod in se est, & sic meretur ex congruo recipe  
re gratiam gratum facientem. Diuinamq; tunc volū  
tatem decet, vt vbicumque dispositionem inuenit,  
perfectionem adiiciat. Et quia beata virgo Maria  
propter summam puritatem ad suscipiendum impres  
siones spiritus sancti fuit aptissima, & ad exequendū  
omne bonum voluntate promptissima, fine omni re  
bellione carnis & spiritus, ideo tantam celstitudinem  
perfectionis impulsu spiritus sancti super omnes crea  
turæ est consequuta. Vnde sibi dici potest: Multæ  
filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vni  
uersas. Item cum adiungitur plena, designatur gra  
tiæ plenitudo. An non ipsa plena, in qua requieuit  
plenitudo diuinitatis corporaliter? Ideo inquit Hi  
eronymus: Cæteris per partes, Mariæ vero se tota  
infudit plenitudo gratiæ. Namque spiritus sanctus  
eam sua dulcedine penetrando, gratia sua tam grati  
osam effecit, vt omnis qui quesierit per eam gratiam  
inueniat. B E R N A R D V S: Ad quid pu  
tas Mariam ab angelo iam dudum ante conceptio  
nem plenam gratia nuncupatam, nisi superueniente  
deo in utero, nobis fieret superplena, vt quotiescum  
que precibus licet tenuiter moneretur, superefflues  
ret nobis liquorem gratiæ effundendo? Item cum  
dicitur dominus, designatur virtus diuina virginis  
Mariæ obumbrans. Cum enim pudicissima omnis

Lucæ 1

Prouer. 31

Plena.

Bernard.

Dominus.

## DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 244

um virginum audisset ab archangelo se conceptus  
ram, & timuisset suo podori, dicens : quomodo fiet **Lucas** 1  
istud, quoniam virum non cognosco, scilicet per vo-  
tum & desiderium. Respondit ei angelus : Spiritus  
sanctus superueniet in te , & virtus altissimi ob-  
umbrabit tibi'. Hoc est, incognito omni creaturæ  
modo quasi in umbra cooperabit tibi, quasi dice-  
ret A R C H A N G E L V S : O domina, &  
me latet, quomodo fiet istud. Tantum enim, nec  
prophetis, nec angelis fuit reuelatum : sed spiritui  
sancto referuatum. Quamvis enim opera trinitatis  
sint indiuisa, prout testantur sancti, Leo papa, & Aus-  
gustinus episcopus , opus tamen incarnationis spi-  
ritus sancto potius ascribitur : quia spiritus sancto ap-  
propriatur amor & gratia . Quod autem deus fa-  
etus est homo , descendit ex maximo amore quem  
habuit ad hominem, iuxta illud: Sic deus dilexit mihi **Iohann.** 3  
dum, &cæter. Et illud: Propter nimiam charita- **Ephesi.** 2  
tem suam, &cæter . Descendit etiam ex maxima  
gratia secundum A V G V S T I N V M , August.  
qua homo nullis pcedētibus meritis in ipso primo ex  
ordine naturæ suæ, quo esse cœpit , verbo dei copula-  
retur in tantam personæ unitatem , ut idem ipse es-  
set filius dei. Virtute ergo spiritus sancti virgo con-  
cepit per modum nobis umbrosum & incognitum.  
Tamen doctores nostri aliter exponunt , capientes  
virtutem pro filio dei . Sed transeat haec opinio,  
Quamvis autem conceptus sit I E S U S de spi-  
ritu sancto, tanquam operante illum conceptum,  
non tamen est filius spiritus sancti , sed filius patris;  
quia humana natura (scilicet corpus & anima) con-  
iuncta est verbo, id est, filio patris naturali in unitate  
personæ, qui est filius dei patris secundum per-  
fectam rationem filiationis . Idcirco dicitur Ie-  
sus filius patris, & non SPIRITVS SANCTI

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

cuius solummodo est creatura & opus humana na-  
tura in Christo, & non filius. Idem tamen Iesus est  
filius Mariæ, quia corpus eius est ex purissimis san-  
guinibus virginis formatum, & hoc solum requiritur  
ad rationem matris. Item cum in salutatione angelis  
ca subditur, tecum, innuitur q̄ virgo consensum præ  
stiterit. Cum enim deus non diligit coacta seruitia,  
sed voluntaria requirit, ut qui ei obsequuntur, ex ipso  
ministerio mereantur, & beata virgo Maria tam sin-  
gulariter & excellenter in dei ministerium eligebat,  
ut conciperet prolem, & pareret, lacte aleret, cibaret  
& educaret, & cætera omnia quæ ad matrem spectat  
filio impenderet, decuit ut eius consensus requiri-  
tur. Requiritur ergo consensus eius a deo, median-  
te archangelo. Vnde beatus Augustinus alloquitur  
virginem dicens: O beata Maria, seculum omne ca-  
ptiuum tuum deprecatur assensum. Te domina  
apud deum mundus fidei suæ obsidem fecit, noli mo-  
tarī virgo, nuncio responde festinanter. Responde  
verbū, & suscipe filium, da fidem, & senti virtutē.  
Ecce, inquit, ancilla domini, fiat mihi secundum ver-  
bum tuum. Ad hanc vocem merito omnis homo  
in mentis iubilationem & deuotissimam gratiarum  
actionem excitari deberet, & omnis creatura pariter  
pro suo modulo iubilate: quia ad hanc vocem & con-  
sensum virginis omni celeritate citius, creator factus  
est creature, & deus homo. Ecce quid nobilitatis eue-  
nerit omni creaturæ, quid dignitatis præ cæteris hu-  
manæ naturæ. Igitur virgo cum inæstimabili affecti-  
one genibus flexis, manibus expansis, oculis eleua-  
tis, ac cum profundissima humiliatione protulit illud  
verbū desiderantisimum, optatiui modi: Fiat mis-  
hi. Nec de singularitate meriti se extulit, sed suæ con-  
ditionis & diuinæ dignitatiis p̄ oīa memor, se illi⁹ fa-  
teē ancillā cuius mater eligif. Hic exclamat Ansel. O  
sublimis virgo mater dei, o humilis ancilla dei, quid

Anselmus

sublimius esse potest, qd humilius sentiri potest? Imi-  
temur charissimi matrem dei, mundemus nos à vñ  
omnium peccatorum, & eorum quæ mentem nostrā  
quouis modo inquietare possunt, de bonis inspiratis  
onibus diuinæ gratiæ per liberam resignationem, in  
diuinum beneplacitum concordemus, & toto conas-  
mine ad perfectionis apicem tendamus, vt replete  
gratia diuinam in nobis inactionem, obumbrantē p  
virtutem experiri, consensu quoq; humillimo imple-  
tione voluntatis patris qui in celis est, matres Chri-  
sti scdm promissum eius esse veraciter mereamur.

## PURIFICATIO MARIAE

## Titulus tertius.

**C**Quæ in solennitate Purificationis cere-  
monialiter fiunt, quomodo spiritu-  
aliter impleantur. Exhortat. I.



V men ad reuelationem gentium. Luce  
secundo. Dñs noster Iesus Christus dici-  
tur lumen duobus modis. Primo essentia  
liter. Et sic est verbum substantiale dei  
sapientia dei incommutabilis, patris re-  
uelator. Et dicitur lumen: quia ( iuxta Ephesi. 5  
Apostolum) omne, quod manifestatur, lumen est, hoc  
est, vel est de se lumen, vel illuminatum. Christus ve Ambro-  
sto dominus, est splendor paternæ gloriæ, lux lucis,  
& fons luminis, dies diem illuminans, & lumen de  
lumine. Vnico enim & perpetuo, atq; incommutabi-  
li actu intelligendi seipsum, & omnia etiam quæ nō  
sunt cognoscit deus. In quo actu procedit verbum, in  
quo sunt oēs thesauri sapientiæ & sciæ dei absconditi. Coloss. 2  
Ab ista scientia & lumine dei, deriuatur omnis notis

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

tia quæ in creaturis inuenitur participative modis  
innumeris & differentibus, etiam usq; ad inanimata  
quæ loco scientiæ habent naturalem inclinationem  
quæ ea dirigit. Sicut enim sol, pater luminis super di-  
uersa corpora opaca radios suos diffundens, utpote  
lunam, stellas & terram, &c. diuersas reflexiones lu-  
minosas producit ad decorum vniuersitatis. Sic lux & sa-  
pientia vel scientia illa incommutabilis super intelli-  
gentias, vel angelos, sive bonos, sive malos, super ra-  
tionalem creaturam, scilicet homines, & super reli-  
qua quæ condi, dicitur radios suę lucis emitrens, diuersas  
suę notitiaę & cognitionis reflexiones producit in  
manifestationem maiestatis & gloriae sua incompre-  
hensibilis. De quo morose & intime cogitare, in ad-  
mirationem ducit humanam mentem. Secundo mos-  
do dicitur dominus noster Iesus Christus lumen ab  
actu illuminandi, & hoc specialiter quo ad homines  
de quo dicitur, Erat lux vera, quę illuminat omnem

Iohann .3  
hominem venientem in hunc mundum. Vbi nota-  
dum, quod homo ordinatus est à deo ad finem super  
naturalem. Et quia nemo seipsum mouere potest, ne-  
que tendere ad finem sive terminum sibi ignotum,  
(cum amari nihil possit nisi cognitum) necessarium  
erat quod notitia sui finis & termini à supernatura-  
li lumine acciperet, hoc est, à deo. Et quia natura nō  
deficit in necessarijs q̄ instituta, est à deo, cuius opera  
bona sunt valde & perfecta, multo minus ipsa natu-  
ra naturans, id est deus, deficit in necessarijs. Proptes-  
re deus factus est homo, ut hominem qui in supernatu-  
ralibus deficiebat, perficeret, illuminando ipsum non  
solum influentia communis sicut cætera creata, sed in  
super speciali modo secundum quod cognitionem ac-  
cipit homo à sensibus. Quapropter dominus Iesus  
lux vera existens, docuit homines sermonibus salu-  
berrimis, exemplis efficacissimis, miraculis gloriosissi-  
mis, instantium condescendere homini dignatus est

DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 246

deus, ut per sensibilia ipsum in sui cognitionem persuaderet. Et sic factum est quod in praefatione cas-  
nitur: Ut dum visibiliter & audibiliter deum cognos-  
ceremus, per hunc in inuisibiliū amorem rapere nūr.  
Insuper & alios tenentes sagittas, cum virtute sua  
infinita dixit in Italiā, in Græciam, ad Gentes,  
procul etiam ad nos, & dedit voci suæ, id est, verbo  
suo (quia vere verbum dei est sermo prædicantium,  
testē Apostolo) dedit inquam vocem virtutis mittē-  
tis scintillas accēdentes & illuminantes mentes tene-  
brosas, demptis tenebris' quæ eum non receperunt,  
id est, hominibus q̄ in tenebris peccatorū & infidelī  
tatis remanserunt, qui posuerunt obicem, ne pates-  
ret aditus vero lumini, imo persequuti sunt lucem,  
vim facientes operationi suæ ne illuminarentur: q̄a  
dilexerunt magis tenebras quam lucem, id est, pec-  
cata quam deum. Ideo oderant lucem, nec venes-  
runt ad eam. Idcirco reprobati sunt, quia non sup-  
pletur defectus naturæ, nisi in his qui faciunt quan-  
tū in eis est ex natura, Iste autem repulerunt autho-  
rem supplementem & perficiētēm naturam. Sic Ephesi, 5  
D O M I N V S I E S V S reuelatus est gentibus  
de quibus dicitur: Eratis aliquando tenebrae, nunc  
autem lux in D O M I N O. Quia reuera etiam  
in doctissimis philosophis maximi errores erant  
circa cognitionem diuinorum, & discretionem veri  
& falsi, boni & mali: & amplius maxima difficultas  
in operatione virtutum. Deo gratias: Tenebrae  
transierunt, & verum lumen nunc lucet, vt filii lucis  
ambulemus. Quare enim hic sedemus, & nos capti-  
uos fecimus, nisi quia lux illa illuxit nobis promis-  
tens futuram libertatem? Caute ergo agamus,  
ne tenebrae nos iterum comprehendant, ne elas-  
tio nos inflet, ira conturbet, I N V I D I A tor-  
queat, luxuria inquiet. Hæc enim maxime

Isaiae 66,

Psalm. 67.

1. Thess. 2.

Iohann. 3

Ephesi, 5

1. Iohan. 2

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Hebr. 10.

mentem exceperat, sed magis considereremus inuicem  
in prouocatione charitatis & honorum operum, vt  
luceat lux nostra coram fratribus & hominibus, por-  
tando lampades & lucernas atq; candelas in manib;  
nostris suscepimus a sacerdote, id est, Christo, ne quis  
glorietur quasi non acceperit. Non enim est candelae  
accensio, nisi a lumine. Et nos si quid boni fecerimus  
non a nobis, sed ab eo est. Et licet hoc bene sciamus,  
& interrogati omnino fareamur, tamen interdum il-  
la confessio non est laudis divinae & propriæ nihilei  
tatis & paupertatis, sed necessitatibus, ne superbi & in-  
anis gloriae cupidi videamur. Vnde si quis vituperia  
tionis & veræ humilationis de nobis testimonium  
protulerit, statim nostra superbia intus contristatur,  
quod apud alterius animum despiciuntur, & quans  
dognit per impatientiam in verba contumeliosa pro-  
trupit. Et sic sit, vt qui per verba humilia humiles vide-  
ti voluimus, superbi esse veraciter deprehendamur  
& agnoscatur. Ex animo igitur fateamur, & faten-  
do nosipso ut nosipso, id est, homines, tenebras co-  
sideremus & cognoscamus. Lumen tamen quod sine  
personarum acceptione a patre luminum omnibus  
filii adoptatus perstat, petere humiliter non negli-  
ganus, vt monet Apostolus Iacobus dicens: Qui ina-  
diget sapientia, id est, lumine, postulet a deo, qui dat  
omnibus affluenter, & non improperat. Et cum acce-  
perimus & cognoverimus veritatem & voluntatem  
ac beneplacitum domini, toto corde impleamus ne  
plagis vapulemus multis. Sic enim preceptum est no-  
bis, vt diligamus deum ex toto corde, quod nihil est  
aliud, quam diligere iustitiam & virtutes, corde, ope-  
re & veritate, alias seducimus corda nostra, & vanâ  
est religio nostra. Ne ergo vapulemus plagis multis,  
sed per amplius illuminemur potius, quæ iam videre  
poterimus impleamus. Sic & venerabilis Albertus  
aut in libro de laudibus beatæ virginis: Impletio mā

Iacob. 1.

Lucæ 12.

Deuter. 6.

Matth. 22.

Marc. 12.

Lucæ 10.

Iacob. 1.

Lucæ 12.

Albertus.

DE BONI. DIVINA LIB.III Fol. 247

dati adauget intellectum operanti. Dum ergo tem-  
pus est dilectissimi fratres ( quod utiq; brevissimum  
est) operemur bonum, feruenter instantes reformati-  
oni nostræ, exuentes nos tenebras omnium defectu-  
um nostrorum, pro receptione veræ lucis aui lu-  
minis, quatenus lucere valeamus sicut luminaria in Philip. 2  
hoc mundo, vt glorificetur pater noster in cœlis, nō Matth. 5  
dimittamus pro ædificatione proximorum, donec  
reportare lumen nostrum ad sacerdotē, id est, Chri-  
stum, à quo accepimus, mereamur: quatenus post lu Matth. 23  
men gratiæ fulgere sicut sol in corpore, in anima ve-  
ro lumine gloriæ, vt spiritus angelici valeamus, me-  
ritis glorioſiſſimæ huius luminis matris virginis Ma-  
riæ humiliſimæ, mitiſimæ, charitatiuſiſſimæ atq; ca-  
ſiſſimæ: quæ licet nunquam contaminata fuerit, ta-  
men se cum peccatricibus deputari ac reputari non  
refugit.

¶ De processione in die purificationis fa-  
cta, & quomodo eadem in nobis spi-  
ritualiter perficiatur. Exhort. II.

**H**ulerunt Iesum in Hierusalem, vt fistes-  
cent eum domino. Lucæ secundo. Isto  
die perpetua virgo dei genitrix, domi-  
na angelorum & hominum, quæ nunq;  
vilius peccati maculam ex speciali dei  
dono contraxit, quasi vna cæterarum  
mulierum peccatrix, corrupta & immunda reputa-  
ta est. Humiliauit enim se, & vilis reputari voluit, qa  
filium suum summæ maiestatis dominum, vidit sicut  
cæteros pueros peccato obnoxios humiliari. Hic  
nostra superbia maxime confunditur, qui si forte do  
no dei ab aliquibus peccatis custoditi fuerimus, cum  
cateris haberi, vt peccatores designamur: cum tas-  
h

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Iacob. 3

men cum omnibus offenderimus in multis. Ipsam ergo humillimam virginem ( in matrem dei idcirco electam, non quia virginem, sed quia humilem, iuxta sententiam sancti Bernardi super euangel. Missus est) sicut ecclesia hodie terna die propter suam huius militatem singulari ritu veneratur, ita hodierna solennitate venerabilem & gloriosam processionem factam recolit. Ecce procedunt a spūsancto commen- dati in scripturis, & eodem spū pleni, deferunt non mortuorum sanctorum reliquias, sed ipsummet viuentem, imo ipsam vitam, sc̄ sanctum sanctorum. Veneranda sunt hæc & gloria, & omni laude dignissima. Joseph & Maria, mundi creatorem portant & dominum. Quid putamus fratres mei ipsis admirationis erat, quid luminis & cognitionis in intellectu quid gaudij & iubilationis in affectu (cum essent purissimi in conscientia, & plene possent in dño & cum domino gloriari) quid exultationis cum essent ambo virginei, sponsus & sponsa, & eapropter floridus adinuicem aspectus, & cohabitatio, & cōuersatio virtuosissima, honestissima & iucundissima, & certissima fide scirent se portare dominū maiestatis, & mundi saluatorem, in quem desiderant & angeli prospiceret. Et ecce ex latere itineris versus domum Zachariae, materia noui gaudij. Occurrunt enim Zacharias & Helisabeth cum paruulo suo Iohanne, & quem prophetauerant saluatori pieratis obsequium impendentes, & deuotissima confabulatione itineris laborem parentibus Iesu releuantes. Et aiunt infantu lo Iohanni : Gaudete nate sancte, videbis hodie oculis tuis, quem nondum natus nec videns propheta- sti. Nec dubitamus parentum verba intellexisse IOHANNEM, cui secundum carmen ecclesiæ, accelerata erat ratio, & secundum Ambrosium: Idem ostō adhuc dierum infantulus existens, ha-

3. Petri. 2

Ambrosi.

## DE BON. DIVINA LIB. III. Fol. 248

bebat intelligendi sensum, qui exultādi habebat affectum. Nec putamus sanctum spiritum largitorem magnificientissimum, suum utilissimum donum sancto puerō sine suo demerito subtraxisse. Hæc reor credibilia fore, vel saltem pie posse opinari. Quæ si forte veritati historiæ desunt, tamen sensui tropos logico plurimum deseruunt. Post hæc gaudia, gaudia cumulantur. Ecce instinctu spiritus sancti senex SIMEON templum ingreditur, dominum suscepturus. Superuenit & prophetissa illa venerabilis Anna annosa, fit conuentus multorum expectantium redemptionem Israel, festine occurunt regi C H R I S T O & comitibus eius, quem etiam redemptorem & saluatorem suscipiunt. Hæc ita acta, & per nos agenda fore, cantico ecclesiæ admonemur, quo cantatur: Adorna thalamum tuum Sion, & suscipe R E G E M C H R I S T V M amplectere Mariam, quæ est cœlestis porta'. Ipsa enim portat R E G E M gloriæ, noui luminis, subsistit virgo adducens manibus filium ante luciferum, quem suscipiens Simeon in vlnas suas, prædicavit populis D O M I N Y M esse vitæ & mortis & saluatorem mundi. Hoc canit ecclesia. Quale autem & quantum gaudium & exultatio, sed & iubilatio in conuentu tot & talium iustorum, cum ipso iusto iustificatore omnium iustorum extiterit, quis exprimet? Potest forte aliquid sentire, qui affectuose C H R I S T V M diligit, qui iam iustificatus est, qui redemptionem per Christum dominum factam, imo & ipsam salutem q̄ idem saluator Iesus iustis datus est, intime intelligit, & digne amat & perpendit. Unde ipse iustus Simeon talis existens, iā præ gaudio exire gestiens, in hæc verba pro rupit: Nunc dimittis seruum tuum domine in pace,

Lucæ 2

h 2

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

quia viderunt oculi mei salutare tuum. Vt autem in via qua ad patriam tendimus, & in peruentione in Hierusalem cœlesti tantorum gaudiorum confortes esse valeamus, imitemur quod colimus, glorificem⁹ & portemus Christum in corpore, imo potius in animo nostro, qui portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cœlestis, vt cum apparuerit Christus vita nostra, cum ipso appareamus in gloria. Utque in nobis est dominus Iesus, & quotidie sumimus carnem & sanguinem eius, & nos in eo, quia incorporamur ei viuentes de spiritu eius. Tanta gratia præstatur nobis à deo. Hoc visibili signo in missa solennijs hodie fiet in nobis. Dabit sacerdos candalam accensam, singuli portabimus manibus, tandem post exercitia spiritualia, quæ per diuersa cantica innuntur, tempore præfixo reportabimus & offeremus. Hæc sicut in figura. In veritate enim non certa & lychnum, & ignem, sed quod eisdem significatur recipimus à deo, & in vita tenemus, atq; præfixo à deo tempore mortis reportabimus & offeremus dominum Iesum Christum, sed circuncisum: quia (secundum Ambrosium) nemo nisi circuncisivit⁹ dignus est diuinis conspectibus. Quod à matre Iesus portatur & offertur, innuit nobis, quod faciamus voluntatem patris qui in cœlis est. Hoc enim efficit quemlibet matrem Christi. Quod à Maria, quæ interpretata, dicitur amarum mare, vel domina, vel illuminata, vel illuminans, vel maris stella, secundum venerabilem Albertum, innuitur nobis, quod debeat secundum prophetam, esse velut mare cōtritio nostra pro peccatis & quod debemus dominari secundum rationem super sensualitatem & desideria prava, & immortificata. Et insuper debemus illuminati esse in his quæ necessaria sunt ad salutem & statum nostrum, & ad hoc omnem diligentiam adhibere per lectiones, meditationes, interrogations, & huiusmodi, vt etiam alios

1. Cor. 6

1. Cor. 15

Coloss. 3

Ambrosi.

Iohann. 5

Thren. 2

illuminare valeamus in hac vita. Insuper & per bona exempla tanquam de cœlo irradiantes, alios quoque in hoc seculo tanquam periculoso mari ad portum salutis dirigere. Per Ioseph( qui dicitur accrescens) innuitur nobis quod debeamus semper in via dei proficere, & crescere in virtutibus, & non in malis, quia etiam interpretatur Ioseph sine opprobrio. Et ecce nobis ita proficiens & portantibus Iesum, occurret nobis reueamen itineris & laboris, scilicet Zacharias, id est, memoria domini, cuius intuitu omnia dulcescunt. Vnde ait Psalmista: Memor Psalm. 76  
 fui dei & delectatus sum. Et Helizabeth, id est, requies, scilicet conscientia. Et fructus amborum, scilicet Iohannes, id est, gratia & dona dei, Quia meditations bonae, vel contemplationes cum requie conscientiae, gratiam domini (cuius factus est loco in pace) & excellerrissima dona eius accumulant. Et hec omnia tædia expellunt, & omnia grauia leuia redunt, & amara in dulcedinem vertunt. Sic peracto virtutum itinere, perueniemus ad Hierusalem vrbem visionis & pacis dei, & arcem Sion, diuinæ speculatioris. Ibi occurret nobis Simeon interpretatus audiens, quia ibi audiemus verbum a patre, & discemus, quia implebit in nobis illud: Audi filia & vide. Tunc Psalm. 44  
 cantabimus præ iubilacione: Nunc dimittis seruum Lucæ. 2  
 tuum domine, secundum verbum tuum, scilicet auditum, in pace: quia viderunt oculi mei, qui a te didicerunt videre, salutare tuum. Tunc fides succedit visio in intellectu, Charitati vero in actu & voluntate nil succedit, sed ipsa perficietur: quia nunquam excedit. Et hoc figuratur in venerabili Anna, quæ sonat gratiam. Tunc enim gratia perficietur in gloria, quæ gloria est perfecta gratia. Vtriusque autem, scilicet intellectus & affectus, seu voluntatis securitas de accesso bono non amittendo, sed perpetua inhærendo, innuitur nobis, quod Iesus acceptus est in vlnas.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Per duo brachia, intellectus & voluntas, Per ample-  
xationem vero, ipsa tensio demonstratur, quæ succe-  
det spei. Sic in cœlesti Hierusalem (vt ex iam dictis  
patet) audiemus quæ auris non audiuit, videbimus  
quæ oculus non vidit, & in affectum nostrum ascen-  
det quod in cor hominis non ascendit. Et tali modo  
Iesum nos plene perficiem & implentem, offere-  
mus deo patri cum gaudio omnium iustorum, qui  
iam expectauerunt & adepti fuerint redemptionem  
Israel, id est, suam & omnium electorum, per ipsum  
met Iesum Christum saluatorem nostrum.

Isaiæ 64.  
x. Cor. 2.

Ceremoniarum quæ circa gestatiōem  
luminarium fiunt mysticus sensus, &  
cur multi habentes fidē non scđm  
eam operantur. Exhortatio III.

Lucæ 5



V men ad reuelationem gentium. Luce  
secundo. Virgo Maria, quæ à patre lu-  
minum suscepérat vnicum lumen ocu-  
lorum suorum, obtulit & reddit didicit ei ho-  
dierna solennitate idiplum. Et oblatus  
est hodie dominus pro seruis redimen-  
dis, quasi seruus: qui tandem aliquando seipsum in-  
nocentem oblatus erat pro peccatoribus saluans  
dis, quasi peccator. Viderunt hoc iusti, & expectan-  
tes redemptionem, & gratias egerunt. Dicitur enim  
in textu, quod Simeon accepit puerum Iesum in vi-  
nas suas, & benedixit deum, & dixit: Nunc dimittis  
seruum tuum in pace. Et quod Anna confitebatur  
domino & loquebatur de illo omnibus qui expecta-  
bant redemptionem Israel. Non est autem dubium,  
quin auditores tantæ nouitatis & expectatæ salutis  
iam præsentatae, & ad oculum visæ, gauisi sint gau-  
dio magno valde & exultauerint dño, & iubilauerint

## DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 250

deo salutari suo, Naturalis enim ordo requirit ut ille qui suscipit beneficium, per gratiarum recompensationem conuertatur ad benefactorem. Omnis enim effectus naturaliter ad suam causam conuertitur. Benefactor autem, in quantum huiusmodi est causa beneficiati, oportet ergo quod per gratitudinem ad benefactorem reuertatur. Hinc diuinus Dionysius 3. capit. de diuinis nominibus ait: quod deus omnia in se conuertit tāquam omnium causa. Ergo beata virgo Maria & Ioseph, Simeon & Anna venerabilis, ceteri iusti in spirito sancto in templo congregari, gratias egerunt per redemptor eorum venerat, & obtulerunt eum patri suo. Istud dilecti & deuoti fratres, mystica significatione, cum ingenti laetitia & deuotione annue peragimus, dum modulantes & iubilantes recipimus quasi a deo candelam illuminantem, id est, Christum, qui factus est sapientia nobis a deo, & iustitia, & sanctificatio secundum Apostolum, & secundum euangelium hodiernum, factus est nobis lumen ad reuelationem eorum quae fidei sunt. Sine Iesu non est cognitio veritatis, cum ipse sit veritas, ipse sit qui illuminat oēm hominē. Sed vtinam sicut iam per Iesum veritatem agnouimus in eo quod fidem habem⁹ ita eudem manibus teneamus, ut sit etiam nobis lumen veritatis per operationem: & hoc in nostro resplendeat opere, quod per fidem fulget in mente, ut cum Christus apparuerit vita nostra, tunc cum eo etiam appareamus in gloria. Hoc enim innuimus caro delam ardentem, luminosam, manibus reportantes, quasi ad deum a quo accepimus Christum in fide & operatione. Haec est gratiarum actio deo accepta, ducens ad gloriam, scilicet fidem nobis per Iesum datum, pro magno beneficio cum gudio agnoscere & secundum eam viuere, & viuendo finaliter dei gloriam cum æterna beatitudine pia intentione requirere. Qui fidem habet, & non

1. Cor. x

Iohann. 1

Coloss. 3

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

operator secundum eam, iniustus & ingratus est. Scilicet assensus intellectus in ea quæ sunt fidei, & consideratio fidei, & utrumq; est meritorium. Credere est actus intellectus assentientis veritati diuinæ, ex imperio voluntatis à deo motæ per gratiam: & sic subsi-  
acet libero arbitrio in ordine ad deum. Omnis autem actus humanus qui subiicitur libero arbitrio, si sit re-  
latus in deum, potest esse meritorius, ergo actus fidei potest esse meritorius. Vterq; autem actus, scilicet assentire & considerare, subiicitur libero arbitrio ergo uterq; est meritorius. In alijs intellectualibus virtutibus assentire non est meritorium, quia cogit intellectus assentire, sicut in scientia sciens cogitur ad assentiendum per efficaciam demonstrationis. Consideratio vero conscientiae potest esse meritoria, si referatur ad finem charitatis, quia est in potestate hominis considerare rem scitam, vel non considerare. Causa ergo quare fideles non operantur secundum fidem, est videtur, quia meritum fidei quod (sicut iudicatum est) consistit in eo quod voluntas imperat intellectui assentire fidei, & de his quæ fidei sunt aequaliter cogitare, mangnopere non curant. Homo enim sine delectatione vivere diu non potest. Et quia homines in deo & in his quæ fidei sunt, gaudium non sentiunt, conuertunt se ad creaturas & sensibilia. Quod (ut de nobisipsis loquamur) clarissimum est vide inter religiosos, quorum quæ non sentientes gustum dulcedinis domini, quæ utiq; per mortificationem nedum vitiorum, verum etiam omnium infra deum existentium exprimitur, & in puritate cordis gustatur, quam mortificationem, imo & puritatem cordis nondum adepti sunt, quia mors est in herba amarissima, quam tepidi monachi non libenter recipiunt. Tales ergo non possunt (de communi cursu) gustare dulcedinem spiritualem, & viderè claritatē

Credere  
quid.

domini, quam perfecti contemplantur, sicut Aposto  
lus ait: Nos omes reuelata facie domini gloriam spe:  
culantes, in eadem imaginem transformamur a cla:  
ritate in claritatem, tanquam a domini spiritu. Idcirco  
incurrunt tedium cellæ, impatientiam silentij, &  
odium totius regularis discipline. Cupientes ergo se  
releuare a tantis malis, reiiciunt solitudinem, vagan  
tes per monasterium, in omni loco silentium proiici  
unt, & quasi hospitalitatem exercentes, nedum cum  
magnō gaudio visitantes recipiunt, imo ad se intra  
re compellunt, diuersis mundi rumoribus pascuntur  
& quasi torus mundus ipsis commissus esset, solicitu  
dinem & curam gerunt de omnibus. Illi regi bellum  
indicunt, alteri victoriam pollicentur. Terram diuinis  
stant gratuito, die nocteque de his conferunt, de his so  
mniant, de his fabulantur. Fauoris periculosis in  
clinantur in mortem illorum, in horum vero depo  
pulationem, & captiuitatem atq; rapinam. In diuinis  
stant quasi trunci, infinitis phantasis dilaniati. Et q  
a puritati cordis secundum arreptum ordinis proposi  
tum non student, omnia quæ contra regularem  
obseruantiam comittunt, tanquam venialia reputat  
& contemnunt. Ideo non possunt proficere, quia ini  
tium proficiëtis vitæ est mortificatio venialium pec  
catorum. Et quia secundum dictum Sapientis, qui  
spernit modica paulatim decidit. Itemque: Si non in  
timore domini tenueris te instanter, cito subuerte  
tur domus tua. Hinc sequitur quod saepe mortalia  
peccata venialia deputant. Sunt alij qui penè omne  
tempus expendunt circa manualia opera, & his totū  
animum suum applicant, cum tamen spiritualis vir  
de talibus tantum assumere deberet, quantum pro  
condimento in cibo corporali sumitur de sale, vel si  
napi. Manifestum est autem si quis peruerteret ordi  
nem, & sal vel sinapium caperet pro cibo & pro con  
dimento modicum sumiceret de vero cibo, hic natura

Ecclesi. 19  
Ecclesi. 27

D. PETRI LEYDIS CART HVS.

Hebr. 4.

Liter & corporaliter viuere non posset. Sic etiam spiritu ritualiter, hoc est, religiose viuere non possunt qui exterioribus totum animum suum applicant, & parum in interioribus & spiritualibus se exercent. Sicut ergo seculares homines penè toto tempore vitae suæ oppressi cura rerum pereuntium, considerare ea quæ fidei sunt designationes, & fideles dicuntur, & tamen secundum fidem non operantur: sic etiam aguntur de religiosis iam expressis. Inconsideratio ergo eorum quæ fidei sunt, est causa vna quare plures secundum fidem non operantur. Est vero remedium bonum, quod homo assuecat considerare attente quod deus omnia creavit, omnia conseruat, omnia clare intuetur, etiam secreta & intentiones cordium quod deus factus est homo, passus & mortuus est, venturus iudicare, & dare peccatoribus ignem æternum. Quid est ignis æternus? Ponat quis manum in ignem temporalem, & tunc cogitet de æterno. Venturus est etiam dare bonis, & se amantibus bona æterna, quæ sua magnitudine vincunt hominis affectionem & desiderium. Secunda causa quare fideles non operantur secundum fidem, videtur esse circa consentire fidei, vel diuinæ veritati, quia & si consentiunt, tamen hoc faciunt ex quadam consuetudine, ita quod actus ille fidei assiduitate viluit, nec efficaciter ad operandum mouet. Tales audiunt sermones & recitationes scripturarum quasi fabulas. Imago crucifixi tantum mouet eos ad amorem, & recordatio gehennæ ad terrorem, quantum ventus mouet lapidem. Consuetudine enim obduruerunt. Remedium contra hoc videtur esse, quod homo exciter se per verba increpatoria, dicendo: O tu obdurate & malitiose nunquid infidelis factus es? Cur te non mouet beatitas diuina quæ te creavit, te redemit, te iudicabit? Cur non terret te instans & ineuitabilis mors, distrikti iudicis tremenda sententia, ignis gehennalis? Cur

DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 252

te non prouocant sanctorum milium exempla, & bonis promissa gloria sempiterna? His & similibus excitetur animus, ut tam in consensu, quam in confectione eorum quae fidei sunt semper aliquid noui sentiat anima, vel tanquam aliquid noui tam in cognitione quam in immutatione. Hæc tamen non sufficiunt ad hoc, ut fides per dilectionem operetur. Quia B A L A A M propheta multa noua vidit & immutabatur, tamen bonum non operabatur. Vn Num. 24 de ait: Dixit auditor sermonum dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, qui eadit, sic aperiuntur oculi eius. Vbi ait G L O S S A: Qui cadit per malitiam voluntatis, & sic aperiuntur oculi eius quia hoc modo sibi fiebat renelatio, scilicet absque gratia iustificante. Sic plures consentiunt & considerant ea quæ fidei sunt, sed non operantur propter malitiam voluntatis. Ipsa ergo peruersa voluntas est tertia causa. Optimum ergo remedium est ipsam conuertere ad deum. Ipsam diuiuæ conformare voluntati: nedum in præceptis, sed etiam in consilijs, imo & in omni eius beneplacito, dicendo: O anima mea, quando desiderabis, & quando vere amabis, quando vere perficies in omnibus voluntatem D O M I N I D E I tui? Quando redes vicissitudinem qualemcumque omnibus immensis beneficijs suis? Et innumeris huiuscmodi iaculis oportet voluntatem excitare & exasperare in deum. Sed vere inanis est omnis conatus voluntatis in opera meritoria vitæ æternæ, sine auxilio supernaturali gratiæ diuinæ. Quapropter ipsam assidue implorare oportet, dicendo: O D O M I N E deus meus, quando inueniam gratiam in oculis tuis? O vtinam præstares mihi omne beneplacitum tuum iugiter implere. O mi D O M I N E Iesu, adiuua me redemptum tuum, ut reamem te, ut vicem reddam laboribus ac iniurias tuis.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Hebr. 13

Ipsa gratia est optimum & efficacissimum remedium infirmitatis, de qua loquimur. Vnde ait Apostolus: Optimum est gratia stabilire cor. Ideo beatus Thomas dicit: Credere est actus intellectus assentientis veritati diuinæ, ex imperio voluntatis à deo motæ per gratiam. Det nobis omnipotens & misericors deus, ut lumen Christum per reuelationem fidei acceptum cum operibus ardenter teneamus, lucis exempla alijs præbeamus, ne beneficia dei & fidei ingratigratis habeamus, & idipsum quod accepimus ipsi nefactori nostro & authori omnis boni humiliter offeramus, ut post fidem claram dei visionem in æterna beatitudine consequi mereamur.

**C**Sanctus Simeon quomodo Christum viderit, quantumque contemplatio cauenda sit & superbia & curiositas. Exhortatio IIII:



Psalm. 76

Iderunt oculi mei salutare tuum. Lucæ secundo. Ecclitis chariflumi (sa-  
cra testante pagina) quod ecclœ  
dei, id est, collectioni fidelium & iu-  
storum, quæ aggregatur à primo iu-  
sto, usq; ad ultimum in fine mundi  
naesciturum, cum essemus miserabi-  
liter ad mortem perpetuam damnati, à misericordi-  
simo domino, non continente in ira sua misericordias  
suas, remedium salutis promissum erat: & hoc nō  
per communem modum saluandi, sed per insperatis-  
simum ac nobilissimum modum, scilicet per incarna-  
tionem filij dei. Quod creditum nedum intellectum  
mirabili luce & cognitione veritatis illustrat, sed etiā  
affectionem humanum inenarrabili suavitate perfundit  
& totum hominem ad effectum bonorum operum

DE BONI. DIVINA LIB. III. Fol. 253

Tore spiritus sancti cooperante fecundat. Istud nobis certissimum est in milibus Israel, & aliorum cohortium deum in priori testamento, & in innumerabilibus martyribus & confessoribus in nouo testamento Jesus Christus lumen verum antiquos sequutus est, sed nouos præcessit. Idecirco ipsi noui saluandi per amplius multiplicantur: quia candela quæ præedit, me lius illuminat. Quod si fides saluatoris tantum illuminare & afficere homines potuit, & ad effectum bonorum operum perducere, quid præsentia eius potuit? Hinc est quod multi prophetæ & reges desiderabant videre eum. Et Abraham exultauit ut videret diem eius, & vidiit & gauisus est. Hunc diem expectabat Simeon, vidiit & gauisus est. Vidiit corporeis oculis corpus saluatoris, carnem dei tetigit, pondus eius qui condidit omnia in pondere, ponderauit, immensum suis brachijs mensuravit & strinxit, osculum principi pacis dedit, sed curiosus scrutator talibus modis secundum carnem nouit Christum, sed felicius interioribus oculis diuinitatis eius maiestatem contemplatus est, & dulcedinem eius nobiliori affectu expetus est. Unde iam torrente voluptatis eius inebriatus quasi exire gestiens, ut tanta gaudia in limbo patribus nuntiare posset, in hæc verba prorumpit: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace. Et quasi sibi dominus diceret, quare subiungit. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Istud est salutare, quod secundum vaticinia prophetarum, erat omnibus gentibus nuntiandum, quod paratum est ante faciem omnium populorum, & lumen ad reuelationem gentium, & de quo deberent omnes iubilare, iuxta illud Lucæ: Videbit omnis ca-ro salutare dei. Et illud Psalmista: Viderunt omnes Psalm. 97 fines terræ salutare dei nostri. Iubilate domino omnis terra, cantate, & exultate, & psallite, &c. Hoc salutare contemplari, & in eo exultare nos præ cæteris de-

Lucæ 10  
Iohann. 8

Lucæ 3  
Psalm. 97

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

bemus, qui vitam contemplatiuam præferimus. Ne autem à tam salutari negotio impediamur, debemus inter cætera cauere à superbia, quæ oculum interiorum excæcat: ut à curiositate, quæ ipsum oculum lipsum & turbidum reddit. Vtrumq; autem vitium affectum amaricat. Est autem superbia amor proprie excellentiæ, primum omnium peccatorum, tā in angelis malis, quam etiam in hominibus, quod nō vult subiungi deo, nec regulæ eius, sed superexcellere regus gulā & mensuram dei, quam vnicuiq; mensus est deus. Vnde Boetius dicit: Cum omnia virtus fugiant à deo, sola superbia se deo opponit. Quapropter est maximum peccatorum, quia formale peccatorum, scilicet auerti à deo, magis propriæ sibi conuenit quam alijs peccatis. Dilatat etiam se ad omnia virtus, quia omnia nata sunt ex ipsa oriri, vel saltem effectus superbiæ, qui est non subesse deo, in omnibus inuenientur: omnia etiam virtus ab ea maiorationem accipiunt. Ipsa etiam superbia cæteris virtutis morientibus, & vir tutibus crescentibus, magis roboratur, iuxta Cassianum, quæ ex bonis operibus occasionem sumit, & ipsis, iuxta Augustinum, insidiatur. Quia autem excellentia esse non potest nisi propter aliquid bonū habitum, fit ut superbis qui propriam excellentiam diligit, credat se habere aliquid bonum (de quo se excellentem putat) quod tamen non habet. Facile enim quis credit, quod diligit. Cum ergo propriam excellentiam amat, facile se meliorem credit, vnde excellentia or fiat. Recognoscite charissimi, quæ à deo donata sunt vobis, & inuenietis quod beneficij suis superimpletat vos deus, & gratias estote: sed cauete, & nolite vobis maiora ascribere quam recepistis. Mater dei humiliter beneficia dei cognovit, dicens: Fecit mihi magna qui potens est. Et gratias egit dicens, Sanctum nomen eius. Magnificat anima mea dominum. Sed humilis permanxit, dicens: Respxit hu

Superbia  
quid.  
Psalms. 51

Boetius.

Cassian.

August.

1. Cor. 2

DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 254

militatem ancillæ suæ, id est, paruitatem meam, &c.  
Sic fecit sanctus Simeon, & Paulus Apostolus, &c  
teri omnes. Interdum superbus non ex infidelitate,  
sed ex amore propriæ excellentiæ excæcatus, putat  
quod dona dei à seipso habeat, & gloriatur quasi nō  
accepit, vel putat se propter sua merita accepisse,  
cū tamen omnia ex liberalitate dei donantur gratis  
& ex sola virtute gratiæ voluntas mereri profectū  
& gloriam possit. Vel si credit se à deo accepisse  
qua habet, talitem ultra alios nobilius se accepisse  
putat, & ideo alios deridet & contemnit: cum tamē  
ex donis dei humilior, & ad seruendum promptior  
reddi deberet. Simus ergo humiles, ut illuminati  
onem accipere mereamur à deo, qui hodie humilis  
puer inter humiles apparere dignatus est, Mariam  
dico & Ioseph, SIMEON & Annam,  
ac cæteras expectantes redemtionem Israel. Curiositas  
videtur dici à superuacanea & inutili cura co-  
gnoscendi. Dicit Philosophus secundo Ethicorum  
Ad hoc quod homo fiat virtuosus, oportet quod ser-  
uet se ab his ad quæ maxime inclinat natura. In-  
de est, quod quia natura præcipue inclinat ad timen-  
dum mortis pericula, ne homo virtuosus inordinate  
timeat, necesse est quod habeat fortitudinem, quæ  
moderetur timorem. Similiter quod temperatia mo-  
deretur naturalem inclinatiōem ad delectabilia car-  
nis, ad quæ maxime inclinat natura. Cum igitur iux-  
ta Philosophum in principio metaphysicæ, omnes  
homines naturaliter scire desiderent, oportet illum  
appetitum moderari. Quamuis enim cognitio in-  
tellectuā secundum se sit bona, cum perfectio homi-  
nis in hoc consistere videtur, quod intellectus eius  
de potentia reducatur in actum, quod sit per co-  
gnitiōem veritatis: tamentalis cognitio potest esse  
nocuia, primo propter superbiam, iuxta illud Apost.

1. Cor. 4

Philosop.

Philosop.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

2. Cor. 8  
August.

Scientia inflat, Vnde Augustinus in libro de Morib⁹ ecclesiæ ait: Sunt qui desertis virtutibus, & nescientes quid sit deus, & quanta sit maiestas, semper eodem modo manentes naturæ, magnū aliquid se agere putant, si vniuersam illam corporis molem quam mundum nuncupamus, curiosissime, intentissimeq; perquirant, vnde & tanta superbia gignitur, vt in ipso celo (de quo sœpe disputant) sibi met habitat e videantur. Et Hieronymus: Nonne vobis videtur in vanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialetica arte torquetur, qui physis perscrutator, oculos trans cœlum leuat? Secundo cognitio veritatis est nociva, quando ea quis vtitur ad peccatum, iuxta illud: Sapientes sunt ut faciant mala. Et iuxta illud Ieremiæ: Docuerunt linsguam suam loqui mendacium. Tertio inquantum per studium minus vtile retrahitur quis à studio qđ sibi ex necessitate incumbit. Vnde Hieronymus dicit: Sacerdotes dimissis euangelij & prophetis, videm⁹ comedias legere, & amatoria bucolicorum versuum verba cantare. Itud tangit prælatos curam animarum habentes, & confessores, & omnes religiosos, qui dimissis cæteris scientijs, tenentur curam adhibere ut ea sciant quæ ad statum & officium suum spectant: puta discernere peccata & virtutes, cognoscere deum & deuotionalia, scire regulam ordinis, & canonē monasterij. Non aut poetriam, vel leges, & medicinalia & huiusmodi quæ religiosis sunt interdicta. Quarto cognitio veritatis est nociva, quando quis vult addi scere ab eo à quo non licet, sicut à dæmonibus & maleficiis. Hæc est superstitionis vanitas. Quinto quād cognitionem creaturarum non refert quis ad cognitionem dei. Augustinus in libro de vera religione: In cōsideratione creaturae non est vana & peritura curiositas exercenda, sed gradus ad immortality & semper manentia faciendus. Non enim consistit summum

Hierony.

Ierem. 4  
Ierem. 9

Hierony.

August.

DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 255

hominis bonum in cognitioē cuiuslibet veri, sed in  
perfecta cognitione summā veritatis, vt patet per  
Philosophum & Ethicorum, & qua curiosus impedis-  
tur per p̄dīcta & sequentia. Ex to studium verita-  
tis est nocium, quando quis eam ntitur agnoscere  
supra prop̄ īger ī facultatem: quia ex hoc homo  
facile in errores labitur. Vnde dicitur in Ecclesiasti-  
co: Altiora te ne quæsieris, & foitiora te ne scrutatus  
fueris. Et in pluribus operibus eius ne fueris curios⁹.  
Et postea subditur: Multos enim supplantavit suspi-  
cio eorum, & in vanitate detinuit sensus eorum. Itē  
cognitio sensitua non est mala, quia naturaliter im-  
mutantur potentiae sensitivæ à suis obiectis. Tamen  
quia cognitio sensitua dura est homini in ministeriis  
um intellectuē, si cognitio sensitua non ordinetur  
in aliquid vtile, imo auerit hominem ab aliqua con-  
sideratione vtili, erit talis cognitio vitiosa, sicut ac-  
cusat se beatus Augustinus, quod vidit canem curren-  
tem post leporem. Secundo erit vitiosa, si ordinetur Matth. 5  
ad aliquod peccatum, vt videre mulierem ad concus-  
piscendum eam, videre cocentes homines, vel iumenta  
vel aues, &c. Videre spectacula quæ ducunt vel  
inclinant ad peccata, & secundum Chrysostomum,  
adulteros inueniendos constituunt, vel considerare  
vitia proximorum ad despiciendum, vel detrahend-  
dum, vel saltum ad inutiliter inquirēdū, est vitiosum.  
Non est autem vitiosum, sed laudabile si fiat vt pros-  
ximus emendetur, secundum regulam charitatis, &  
debitum officij. His charissimi fratres vitijs longe à  
nobis exclusis, studeamus cum Apostolo Paulo, n̄l 1. Cor. 2  
scire nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, imo  
hodie in spiritu humilitatis pro nobis deo patri ob-  
latum à matre, cum qua conseruemus omnia quæ de  
eo scripta sunt, conferentes in cordibus nostris. Et Luce 2  
cum sancto Simeone gaudeamus & exultemus, quia  
videmus quotidie oculis fidei salutare dei, id est, do-

Ecclesi. 8

Matth. 5

Chrysost.

1. Cor. 2

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

minimum Iesum saluatorem nostrum, & singulariter  
in sacramento altaris : in quo spiritualiter immolat  
pro peccatis nostris, quæ eius vigore remittuntur, gra-  
tia præstatur, & eius dulcedo gustatur. Et specialiter  
in hac solennitate in signo visibili, scilicet in candela  
Iesum suscipimus : in quo si fides & charitas affuerint  
eadem gratiam iubilando recipimus, quia dicit Aus-  
gustinus: Crede, & manducasti.

August.

¶ Quare potius fatemur nos suscepisse  
misericordiam, quam potentiam, iusti-  
tiam vel sapientiam. Exhortat. V.

Hebr. 4



Vscepimus deus misericordia tuā. Psal-  
mo 47. Verbis istis spiritus sanctus per  
prophetam regium nos miseros pma-  
xime (si intime aduertim⁹) consolatur.  
Gratulabunde enim decanat, quod di-  
uina pietas in natura pro nostra erepti-  
one, curatione, liberatione, gratificatione, glorifica-  
tione assumpta, non sapientiam, non iustitiam, non  
potentiam, quæ vtq; transgressoribus & contem-  
poribus erant magis formidanda quam opranda,  
sed misericordiam obtulit, qua recepta dicit: Susce-  
pimus deus misericordiam tuam. Non dicit, suscep-  
imus sapientiam, aut iustitiam, aut potentiam, quia  
hæc timenda erant. O quis non timeret illam sapien-  
tiā omnia scientem, quæ sunt, fuerunt, & erunt? Et  
non solum facta, sed etiam cogitata & dicta. Ad mo-  
dum eñ gladij ancipitis, teste Apostolo, cognitio dei  
pertingit vsq; ad divisionē animæ & spiritus. i. ad in-  
tima omnium, quantumcunq; fuerint subtilia. Com-  
pagum quoque ac medullarum, id est, pertingit ad  
omnia quantumcunq; fuerint ligata & inclusa. Et dī-  
scretor cognitionum & intentionum cordis. Et nō

## DE BON. DIVINA LIB III. FOL. 258

est illa creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Et in Ecclesiastico idem restatur Iesus Syrach, dicens: Oculi domini multo plus lucidiores sunt super solem, circum spicientes omnes vias hominum, & profundum abyssum, & hominum corda intuentes in absconditas partes. Domino enim deo antequam crearentur oia sunt agnita, sic & post perfectum respicit omnia. Hæc cognitio deprehendit Luciferum cogitatione in intumis peccantem, & primos parentes nostros, Psalm. 14. verbis & factis delinquentes. Hanc expauit iustus Iob, cum diceret: Si voluerit, scilicet quis, contendere cum eo, scilicet deo, non poterit ei respondere versus pro mille. Hoc dixit, qui alibi confidenter ait: Neque reprehendit me cor meum in omni vita mea. Iob. 27. Si ergo expauit oculos domini instantium iustus, quem timere deberent peccatores? Idecirco non cantat Duid, suscepimus sapientiam tuam, sed misericordiam tuam. Iustitia etiam diuina in sua severitate, horrore concutit peccatores: quia iuxta verba beati Iob verentes omnia opera sua, non parcer delinquenti, sed damnat, dicens: Reddam vltionem hostibus meis, & ijs qui oderunt me retribuam. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usq; ad inferni nouissima, &cæt. Et similia plura. Quapropter Apostolus ait: Horrendum est incidere in manus dei viuentis. Hebr. 10. Non ergo cantatur, suscepimus iustitiam, sed misericordiam tuam. Potentia etiam dei metuenda erat peccatoribus, quia damnationis sententiam executur, non relinquent euandendi vel resistendi lossum. Si enim peccans lucifer cum suis complicibus solo nutu diuino, tam horribiliter & irreprensibiliter projectus est, nec erat facultas rebellandi, quid erit de nobis miseris, irato D O M I N O, Psal. 103 qui respicit terram & facit eam tremere? Quapropter pro consolatione, peccatoribus non catur,

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

suscipimus potentiam tuam, sed miser.cordiam tuā.  
Dominus enim Iesus, non solum misericors est, sed  
ipsa misericordia. Vnde alio in Psalmo cantatur: De-  
us meus misericordia mea. Et hoc propter tria, Pri-  
mo, quia ex excellentissima misericordia datus est.  
Nam summæ misericordiæ bonum fuit, quod vñus  
ex nostris esse voluit. Quænam maior misericordia  
esse potest, quam deus adeo cōpateretur homini,  
quod ad ipsum saluandum, cum esset gloriōsus ange-  
lis, factus est opprobrium hominis; cum esset diues in  
suis, factus est egenus in nostris; cum esset delitosus  
in regno, pœnaltatibus calamitosus ac famelicus fa-  
ctus est in exilio? Hæc sunt viscera misericordiæ  
dei nostri, in quibus visitauit nos degentes in infimo  
oriens ex alto. Secundo dicitur Iesus misericordia,  
quia plenus est misericordia, de quo verificatur il-  
lud Iob: Ab infantia creuit tecum miseratione, id est,  
misericordia, & ex utero matris egressa est tecum.  
Et ideo Maria dicitur mater misericordiæ. Creuit in  
quit, cum eo misericordia, quantum ad exhibitiōem  
quia magnam exhibuit in incarnatione, matrem in  
conuersatione, & maximam in passione. Hinc est quod  
dixit Phariseis: Discite quid est, misericordiam volo  
& non sacrificium. Vnde dicit Bernardus, Patrem mi-  
sisse saccum plenum misericordia. Saccum inquam  
in passione cōscindendum, ut effluat quod latebat in  
eo precium nostrum. Causam tamen fratres, ne be-  
nignitatem & longanimitatem eius contemnamus:  
quia non est ira crudelior super terram ira manue-  
ti, cum irascitur. Comemorat propheta iram colum-  
bae, & Iohannes in Apocalypsi iram agni, à qua se pe-  
tunt abscondi, dicentes monibus & petris, cadite ius-  
per nos. Malunt super se montium & petrarum cas-  
sum sustinere, quam iram agni. Tertio deniq; dicit  
Iesus misericordia, quia ad miserandum missus est.  
Iohann, 3 Non enim misit deus filium suum ut iudicet muni-

DE BONI, DIVINA LIB.III. Fol. 257

dum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Vere miserationes eius super omnia opera eius. Iudex Iesus, nostra charitate deuictus, posuit in se iniquitatem omnium nostrum, & occidi voluit, ut misericordia inaudita, peccati vindictam fumeret, & peccatores vindicet dispendium non sentirent. Hinc ait Bernardus: Clamat, clamat, clamat vulnus, quod misericordiae domini non est numerus. Studeamus igitur reconciliari, dum misericordia sceptrum regni tenet, quia cum datum fuerit iustitia, non erit miserendi tempus, nec misericordiae locus. Si autem per suscepitam misericordiam peccata nostra deleta fuerint, & cordis munditia praestita, ea quæ superius commemorata sunt, scilicet sapientia & iustitia, atque potentia, iam metuenda non erunt, nec timorem, sed gaudium ingerent & securitatem. Nihil iucundius secura menti, quam diuinæ præsentia, & perceptio respectus sapientiæ cuncta cernentis. Talis calumniam diaboli, vel omnium accusantium non veretur, quia seit iudicem non posse falli. Unde iudicium & potentiam se clarificantia diligunt. Ut tamur igitur charissimi oblata misericordia, ut iudicium & potentiam non timeamus. Accipiam eam hodie in signo visibili, scilicet in candela accensa, quæ Iesum (qui misericordia dicitur) representat per ignem eius diuinitatem, per lychnum animam deuotissimam, per ceram carnem virgineam, & in manuscriptis, id est, operibus nostris luceat, ut misericordia & veritate precedentibus, sciamus iubilationem, iubilandoq; cantemus: Suscepimus deus misericordiam tuam.

¶ Salutare dei à Simeone visum quid fu  
erit. Exhortatio VI.

Viderunt oculi mei salutare tuum, Lucæ secun  
do. Circa tempus aduentus domini, celebris apud Iudæos habebatur opinio, Messiam (q

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

- Iohan. 1 dicitur Christus) iam iamq; affuturum, optabantq; plurimi, maxime deuoti, inter illos inueniri, de quibus postea dixit dominus: Beati oculi qui vident q; vos videtis. Tales oculos habebat Simeon. Sed unde beati? Certe quia ipse videns erat iustus, & spiritus sanctus erat in eo? Habebat ergo alios oculos quam Herodes & Pilatus. & eorum similes, quorum oculi infelices, quia propter eorum iniustitiam & spiritu malignum, non viderunt Christum domini, ut salutare, sed futurum condemnatorem. Formemus nobis oculos fratres charissimi, per iustitiam & dona spiritus sancti mundatos, ut deum videre mereamur incarnatum vel hominem factum, salutare dei, factum salutare nostrum: quia paratum est ante faciem omnium populorum. Pro salute quippe omnium populorum necessarium erat deum incarnari, ut a damnatione visionis beatissimae dei, ab aeternis tenebris, ignibus, atq; tormentis debitibus soluerentur, eo quod omnes nascuntur filii irae, & insuper propriis delictis iram tantorum malorum promerentur. Videamus nunc cum sancto Simeone salutare dei, & nostrum. Dei, quia per illud saluauit. Nostrum, quia per illud saluati sumus. Salutare istud est preciosissimum nobilissimum, amabilissimum, omnem excedens estimacionem & laudem, quale decet esse diuinum. Est enim tale opus, quale inueniri non potest in omnibus regnis vniuersae creaturae. Est quippe hoc salutare unicum, simul dominus & seruus creator & creatura, deus & homo. Duæ naturæ in infinitum dispare sunt maximq; vniōnis, vna persona. Disparitas manifesta est, quia infiniti ( qualis est deus ) ad finitum ( qualis est homo assumpt<sup>9</sup> ) nulla est, pportio. Porro vnitas vniōnis hominis, in verbo, vel persona filij dei, excedit omnem vniōnem, quia est vnum suppositum verbi & hominis. Vnitas vero verbi est maxima vnitas, & maior quam vnitatis numeralis, que est
- Lucæ. 10
- Lucæ. 2
- Lucæ. 2
- Ephesi. 2
- z. Reg. 10

principium numeri : quia est vnitas increata, per se  
 subsistens, non recepta in aliquo per participationem.  
 Huic autem est humana natura vnitatis, ut sit una per  
 sona deus & homo: Non est vnitas salutaris huius fa-  
 etia ex duabus naturis inuicem mixtis, sicut ex fari-  
 na & aqua fit panis , vel ex elementis fit corpus mi-  
 xtum, quia in tali permixtione ambæ naturæ mutan-  
 tur, nec manent, sed perdunt suum esse . Natura autem  
 diuina est incommutabilis, immo si ( per impossibile )  
 ita factum esset, tunc Christus nec esset deus nec ho-  
 mo, quia id quod est commixtum, nulli miscibilium  
 est idem specie, sicut panis nec est farina , nec aqua.  
 Istius etiam præfati salutaris dei vnitatis, non est com-  
 posita ex duabus naturis ad similitudinem, sicut co-  
 positus est homo ex anima & corpore, quia talis co-  
 positio est ex duabus imperfectis, licet impimixtis &  
 impermutatis . Deus autem imperfectus esse non po-  
 test, nec venire in compositionem tertię naturæ, nec  
 esse forma alicuius , sicut anima rationalis est pars  
 hominis, vel humanæ naturæ, & forma eius. Ex ani-  
 ma quippe rationali & humana carne , vel corpore  
 humano organizato, subsistit homo. Nec verum est  
 quod homo sit aut anima, aut corpus, sed est ex ani-  
 ma & corpore compositus. Idcirco caute intelligen-  
 dum est quod legimus in symbolo sancti Athanasij, Athanasij  
 quotidie sic: Nā sicut aia rationalis & caro vnum est  
 homo, ita deus & homo vnum est Christus. Ex aia & cor-  
 pore constituitur in unoquocque nostrū duplex vnitatis  
 naturæ & personæ . Naturæ quidē secundum quod  
 anima coniungit corpori formaliter perficiens ipsum,  
 ut ex duabus fiat una natura, sicut ex actu & potentia  
 vel materia & forma. Et quantum ad hoc nō attenditur  
 similitudo, quia natura diuina non potest esse corporis  
 forma. Vnitas vero personæ constituit ex eis, inquantu[m] est  
 unus aliquis subsistens in carne & anima : & quantu[m]  
 ag hoc attenditur similitudo , Vnus enim Christus

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Athanasi.

subsistit in diuina natura & humana. Istud etiam sa-  
tis innuit Athanasius Dicit enim : Quia licet deus sit  
& homo, non duo tamen, sed unus est. Christus.  
Qualis autem sit haec unitas, statim manifestat, unde  
autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed  
assumptione humanitatis in deum. Vbi manifeste  
excludit diuinæ naturæ conuersione, aut mutatis  
onem, & permanentiam insinuat naturæ humanæ,  
quam solu[m] dicit assumptionem. Deinde dicit quod non  
sit ex duabus naturis, una natura vel substantia, di-  
cens: Unus omnino non confusione substantiæ. Qua-  
lis autem unitas resultat ex duabus naturis, diuina  
& humana, statim infert dicens: sed unitate personæ.  
Similitudo igit[ur] quæ subditur, intelligenda est de uni-  
tate personæ quam asserunt, non de unitate naturæ  
vel substantiæ quam negavit. Sicut vero dictum san-  
cti Athanasi caute legendum & intelligendum est,  
ita etiam illud hymni sanctorum Ambrosii & Augu-  
stini, vbi dicitur: Tu ad liberandum suscepturus hos-  
minem, &c. sane intelligendum est. Nemo putet, aut  
credat quod homo in utero virginis primo creatus  
fuerit, & postmodum persona verbi aut filij illum  
hominem sibi sociauerit: sed sic suscepit deo hominem  
quod creando, simul & sine ulla temporis morula sta-  
tim sibi eum unierit, & in se personauerit: ita quod  
persona verbi est persona utramque naturæ, diuinæ  
scilicet & humanæ. Et quamvis dignitatis sit, quod  
aliquid sit persona, haec tamen dignitas humanæ na-  
turæ in Christo non ex hoc minuitur, quod per se sepa-  
ratim non existit, sed potius augetur: quia existit in  
aliquo se digniori & perfectiori, scilicet in persona  
verbi. Sicut enim esse completiu[m] speciei pertinet  
ad dignitatem formæ, tamen sensituum nobilius est  
in homine propter coniunctionem ad nobiliorem  
formam completiu[m], quam sit in bruto animali, in  
quo est forma cōpletiva, scilicet ipsum sensituum.

Hæc insuper vno tantæ nobis dignitatis est & excellentiæ, quia natura humana omnem denominacionem quam tribueret proprio supposito, communicat verbo in quo suppositatur & personatur. Hinc vera ceter credimus & confitemur, quod deus in utero virginis conceptus est & de virgine natus. Et ipsa virgo veraciter est mater dei. Propterea gaudens canat ecclesia. Virgo dei genitrix, quem totus non capitur orbis, in tua se clausit viscera, factus homo. Sic hodie deus in templo præsentatus est, deus in terra Baruch.3 visus est, deus inuisibilis visibiliter in humana carne agnitus est, deus passus, crucifixus & mortuus est, manes impassibilis & immortalis. Similiter vice versa diuina natura communicat omnem perfectionem suam supposito humano, id est, verbo, quod est homo. Sic ille homo Iesus Christus in suo supposito veraciter est deus, & omnium creator. Hic suscitauit mortuos, infirmos curauit, propria virtute à morte resurrexit, & celos ascendit. Tanta est vno, quod iuxta Apostolum, Christus Iesus heri & hodie, ipse & in secula. Ipse est de carne nostra & de ossibus nostris, & deus noster & omnium. O vulnera, o infirmitas, o perditio, quæ tali medico & tali salutari indiguerunt. Hoc salutare anxius sancti veteres expectauerunt. In illo salutari spiritus Mariae exultauit. Illud cum omnibus angelis eius adorauit. Illud Ioseph nutritius nutrit & portauit. Illud mater in templo obtulit & præsentauit. Illud Simeon iustus in vlnis baulauit. Illud Anna prophetissa populis declarauit. Illud populus expectans devote considerauit. Illud charissimi fratres, sicut quotidie in sacramento, ita hodie in candela accensa (præsentante carnem & animam, & deum in uno supposito) suscipiamus in medio templi sui tanquam misericordiam & salutare suum, per quod saluamur. Et quod est Christus per gratiam vniuersitatem eamus per gratiam adoptionis. Sit caro no<sup>s</sup>

Lucæ.1

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

stra casta, anima iusta & sancta, deus (qui ignis consumens est) utrumque desuper exurat, omnem diffusitudinem tollat, in se per gratiam similitudinis conuertat, mentem illuminet, affectum incendat, sua presentia memoriam diter. Circa hoc salutare sit tota occupatio nostra, tota lectio, tota actio, tota cura, tota vigilancia, tota dilectio, ut illud aeternaliter citius obtinere valeamus.

**C**Qui puerum Iesum suscipere debeat,  
qualis sit, & euangelij applicatio spi  
ritualis. Exhortatio VII.



Cce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon. Luc<sup>e</sup> secundo. Praesentis diei gloria solennitas vobis charissimi est notissima. Insuper receptionis luminaris, eiusque in manibus continua re tentionis, finalisque reportationis, oblationis significatiā, minime vos latere arbitror. In receptione ne quippe candelae ardentes, tacite nobis dicitur: Luceat lux vestra coram hominibus. In rectō & oblatione, loquitur Apostolus: Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc vos apparebitis cum p̄fō in gloria. De his ergo nolo in praesentiarum locis qui charitatibus vestris, sed potius inquirere, qualis & quis erit tam idoneus, qui Christum dominum recipere debeat, & suis gestare in vlnis, praesentia eius frui, & ne dū tangere, sed ultra pedes & manus eriam ori ipsius coniungi, iuxta illud Canticorum: Osculetur me osculooris sui: Ne autem inquirendo in longa eamus, textum sancti euangelij inspiciamus. Ibi in fronte nobis occurrit nota huius compunctionis. Postquam enim oblatum dominum Iesum cum hostijs figuratiuis euangelicus sermo deprompsit, statim adiungit: Et ecce homo erat in Hierusalem. Et

Matth, 5  
Coloss, 3

Cantic. x

## DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 260

coniunctio est copulativa, innuens quod ad comple-  
mentum oblationis Iesu in templo, accedere debet con-  
iunctio. Non leuis & facile separabilis, sed fortissima  
& perdurabilis, permanens in seculum seculi. Quis enim  
misericordia, in valle deges misericordie & lachrymagrum, intelliges  
misericordiam suam pessimam (de qua scribitur: Mors pec-  
catorum pessima) quam certissimam est vicino immi-  
nentem expectamus, nisi per dei misericordiam eripi  
amur, audiens denuntiari: Suscepimus deus miseri-  
cordiam tuam in medio templi tui, non totis visceri-  
bus complectetur ipsam misericordiam, Iesum salua-  
torem suum, ut liberetur a miseria pessima sua? In  
ipso vero complexu sit coniunctio. Complectitur  
autem Iesum fide & spe, tanquam duobus brachijs.  
Coniungimur vero ipso charitate, quae est amor nobis-  
simus. In cuius actu datur & recipitur osculum,  
sua suavitate vincens oes suavitates & delicias cœli  
& terræ. O osculum, verè signum est dilectionis. Si-  
gnum es, sed nondum res. O si signum tam suave est,  
quid & qualis erit ipsa res? Post, & sequitur, ecce.  
Istud ecce attentum vult esse audientem. Vbiq[ue]unque  
enim in scripturis hæc dictio ponitur, ibi etiam ali-  
quid notabile atque insolitus consideratione dignis-  
simum sequitur, ut patet in libro Numerorum, vbi Numer. 16  
de murmure agitur & plagis Chore, Dathan & Aby-  
ron, vbi dicitur: Ecce autem Chore, &c. Et in euangelio Matth. 2  
Iohann. 19  
Ecce magi ab Oriente venerunt. Et alio loco in pas-  
sione domini: Ecce homo: Et in alio loco: Et ecce. Attendi  
te fratres & intelligite. Det ipse dominus, qui illuminat & ac-  
cendit oculum hominem, ut intelligamus, & intellecta dili-  
gamus. Ait ergo Euangelista, Et ecce homo erat.  
Non ait angelus erat, vel archangelus, aut aliquis de  
nobilissimis purissimis nouem ordinum spiriti-  
bus, aut quemvis alia creatura, sed homo. O stupen-  
da diuina dignatio. O vilis hominis saluberrima  
& gaudiosissima sublimatio, Quid est homo

Psalms. 33

Psalms. 47

Numer. 16

Matth. 2

Iohann. 19

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

quod memor es eius domine, aut filius hominis, qd  
reputas eum? Delicias computas esse cum filiis homi-  
num. Ad amplexum, ad coniunctionem, ad fruitiuū  
amorem, ad osculum vocas omnem hominem, non  
aliam creaturam. Ne autem tuæ maiestatis, & suæ vi-  
litatis consideratione, homo magis delitescere, & à  
te alienari præligat, quām in tali actu solennissimæ  
coniunctiōis confusus apparere, reuocas eum præce-  
pro, vt tibi amore vniatur, consulis facto, possibile  
fore hominem sine confusione deo posse vñiri, cum  
tibi humanam naturam ostendis in vna persona con-  
iunctam, & ecclesiam, hoc est, singulas animas, tuam  
appellas sponsam. Charissimi fratres, quanta est hæc  
ad nos diuina dignatio, & nostri exaltatio. Sed intel-  
ligere non possumus, quia diuina maiestas nō est no-  
bis nota, & nostra vilitas non est nobis plene scita.  
Cognoscimus tamen in parte. Crescamus in hac co-  
gnitione, ne dicatur nobis: Homo cum in honore es-  
set non intellexit. Studeamus sicut natura, ita &  
vita & moribus manere homines, ne per carnalia,  
gulæ & luxuriæ virtus (quibus incessanter die noctu-  
que impugnamur) comparemur iumentis insipienti-  
bus, & eis similes efficiamur. Non minus caueamus  
infidias diaboli, qui circuit quærens quem deuoret,  
& sibi per superbiam, ambitionem, iram, inuidiam,  
odium, & cætera spiritualia peccata, nos homines  
quasi incorpore, & ex hominibus dæmones faciat.  
Declinemus præcipitium eius, quo bene & sancte gra-  
dientes, per indiscretionem deterius elidit, quan-  
do per nimietatem, ignorantes propriam mensuram  
virium, ad omnia bona opera impotentes & inutiles  
redit. Homo est animal rationale, ideo vivere debet  
secundum dictamen recte rationis. In hoc dictamine  
fundanfoēs virtutes morales. Idcirco q̄ virtuose  
non vivit, non est homo. Homo, inquam, qui debet  
Ielum amplecti. Ab hoc dictamine penē omnes ho-

Prouer. 8

Psalm. 48

1. Petri, 5

DE BONI. DIVINA LIB.III Fol. 28

mines deficiunt, secundum plus & minus. Idcirco omnes peccant. Omnes homines dictant, sed nō oēs secundum rectam rationē dictant, sed potius secundum prava desideria ipsorum, vel passiones vel errores. Et hoc est deficere ab humana natura, & pecare. Idcirco verum est dictum philosophi: Omnis peccans errat. Creavit autem deus hominem rectū, limitatum ad certam naturam, scilicet rationalem, Eccles. 7 ut ratiocinando, rerum & veritatis notitiam absitra hendo à phantasmatibus acquireret. Nam species intelligibiles non sunt sibi concreatae, sicut angelis. Ut autem ratio procedere posset in actu suo, & verum concludere, dedit intellectui humano debili & ignobilis (in comparatione ad angelicum intellectum) cognitionem principiorum naturalium, & supernaturālium, quia ultra naturam suam, etiam ad diuinā natūram per participationem homo vocatus est. In supernaturalibus tamen captiuum dicit intellectum suum ad consensum per dei gratiam in obsequium dei. Per peccatum vero primorum parentum, natura humana destituta est viribus suis, & passionibus immersa, & erroribus circundata, ita qd principia ( circa quæ intellectis terminis, errare non potest) nō attentat, imo etiam errat, instantum quod dicat secundum prophetam, bonum malum, & malum bonum, Isaiae. 5 accipiendo pro principijs quæ principia non sunt, precipue in supernaturalibus. Ex quibus ratiocinando elicit falsissimas conclusiones, imo sub veris principijs false subsuinit, & falsissime concludit. Probant hæc heretici, schismatichi, Iudei, Machometistæ, quæles sunt Turci & Saraceni, quoad principia supernaturalia. Et omnes præscripti, & mali Christiani, et monachi quo ad principia naturalia, in tārum quod monachi errantes audent interdum dicere, non tenetur obedire, innixi principio immobili, scilicet: operari plus deo obedire quam hominibus, quo vel per.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS,

- verse vtuntur, vel sub quo falsissime subsumunt. Tā  
les omnes non sunt homines quales esse debent, Chri-  
stum suscepturn: quia cum in honore essent, non ins-  
tellexerunt. Euangelicus sermo de susceptio domis  
num dicit: Et erat homo, id est, viuens secundum dīs  
etamen rectae rationis, ex principijs naturalibus &  
supernaturalibus procedens. Idecirco subditur: In Hie-  
rusalem, vbi erat studium legis & prophetarum, &  
indubie etiam philosophiæ. Insuper erat ibidem dis-  
tinus cultus cum oblationibus hostiarum, quod alij  
in locis fieri minime licuit. In Hierusalem ergo discū-  
tur veræ ratiocinationes, & vera principia, si tamen  
nominis interpretationem quis veraciter teneat, qđ  
est visio pacis. Si autem voluerit contentiosus esse,  
nec legem dei diligere, sed solum curiose scire, & fīcte  
deum colere, non erit in Hierusalem: Pax enim mul-  
ta scilicet diligentibus legem tuam, inquit, & nō est  
ill.s scādalū, scilicet erroris. Homo iuscepturus Chris-  
tum, debet thesaurum suum reputare, si habere pof-  
set pacem cum domino Iesu. Ille amor eius, ille gau-  
dium eius, ille omne bonum eius solus esse debet. Ex  
tra hūc nihil debet poss.dere, nihil concupiscere. Tā  
lis homo erit in Hierusalem, nec cōtristabit eum, nec  
conturbabit pacem eius, quicquid ipsi acciderit, sed  
erit aptus ad omne bonum. Vnde subditur in  
euangeliō: Cui nomen Simeon, id est, audiens, qui  
audit & opere implet quod loquitur in eo dominus  
deus. Ideo fiducialiter ait cum propheta Samuele:  
Loquere domine, quia audit seruus tuus. Est enim  
talis, qualis iustus in libro Machabæ. describitur, qđ  
erat bene audiens, id est, humanus, bonis consentiēs,  
& in omnibus obediens. Auditio enim soni non est  
laudabilis, sed impletio eius quod auditur. Non enim  
audiōres, sed factores legis iustificabuntur. Implens  
mandatum dicitur bene audiens, deo & hominibus.  
Vnde & sponsa dicitur: Audi filia & vide, & inclina
- Psalm. 48
- Psalm. 118
- Prouer. 12
1. Reg. 3
2. Mac. 15
- Roman. 2
- Psalm. 44

durem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum  
 patris tui, & concupiscent rex decorum tuum. In sepa-  
 tabilia sunt bene audire, & obedire. Sicut etiam vici-  
 na sunt Simeon & Simon. Tollatur e litera à Sime-  
 on, & fit Simon, quod interpretatur proprie obedis-  
 ens. Erat ergo homo iste deo obediens. Vnde subdit  
 Et homo iste iustus. Iustus ipse dicitur à iustitia, quę  
 se per omnes virtutes (secundum Augustinum) dif-  
 fundit. Id est, dilectio dei & proximi. Vnde per Eze-  
 chiel dominus iustum describēs, aufert ab eo oia  
 quę lege prohibentur, & tunc infert: Hic iustus est  
 Iustitia, enim quę una est ex quatuor moralibus vir-  
 tutibus, stare potest cum offensa ad deum. Iustus ve-  
 ro qui diligit deum super omnia, & proximum sicut  
 seipsum, vnicuique præbet quod iuum est. Sequitur:  
 Et timoratus. Inseparabiliter sibi cohærent iustitia  
 & timor: quia (iuxta dictum Sapientis) qui sine timo-  
 re est, nō potest iustificari. Quanto enim quis diligit Ecclesi. 3  
 deum, tanto timet ne offendat eum. Idecirco coniunctio & hic collocat in medio. Sic etiam de iusto Job Job. 1  
 dicitur: Erat vir simplex, ac rectus, & timens deum.  
 Sequitur: Expectans consolatiōiem Israēl. Illam scili-  
 cert, de qua Isaías prophetauit: Sicut mater cōsolatur Isaiæ. 66  
 filios suos, ita & ego cōsolabor vos, & in Hierusalē  
 cōsolabimini. Sed non omnes erant capaces huius  
 consolationis, quia non omnes expectabant. id est,  
 vehementer desiderabant Christum, sed alius ierat  
 in villam suam, alius ad negotiatiōem suam, alius Matth. 22  
 probabat iuga boum, alius duxerat vxorem, quorū  
 amoribus intenti, Christum amare non poterant. Id  
 circa de aduentu suo consolari cum sancto Simeone  
 & Anna, cum Ioseph & Maria, & alijs qui aderant,  
 non valebant. Hi autem potuerunt, quia spiritus san-  
 ctus erat in Simeone, & alijs prædictis. A quo ipse  
 audiens, id est, Simeon, audierat, nō visurum se mor-  
 tem, nisi prius videret Christum dominī, quem fe-

Aug.

Ezech. 13

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Hicissime suo sacro pectori astrinxit in vlnis,

Quare & in quibus Iesus & Maria legi  
se subdiderunt, atque de legibus &  
confilijs. Exhortatio VIII.

Leuit. 12



Ostquam impleti sunt dies purgatiōis eius( scilicet Mariæ ) secundum legem Moī, tulerunt illum( scilicet Iesum ) in Hierusalem. Lucæ secundo . Dominus deus legem dederat populo suo peculia ri, vt mulier suscepto semine , si mascu lum peperisset, immunda esset quadraginta diebus. Quo die pro purgatione sua offerret oblationem , & puerum primogenitum redimeret. Hanc legem circa se pius humilitatis magister , & circa purissimam virgineam matrem suam Mariam, obseruari voluit, propter scandalum tollendum, & propter exemplum prebendum. Cum enim esset Iudæis incognitus, scandalum dedisset omnibus, si legem non obseruassent. Idcirco dicit apud Matthæum, Nolite putare, quoniā am veni soluere legem, aut prophetas. Non veni sole vere, sed adimplere. Insuper voluit exemplo docere, quod legislatores , reges & principes , suas proprias conditas leges implerent. Tales sœpe imponunt subditis onera importabilia , & ipsi tamen nolunt ea mouere. Christus vero vtriusq; legis veteris & nouæ institutor & doctor, fecit quod docuit . Ergo iustū est quod principes similiter faciant. Vnde Isidorus, Iustum est inquit, principem obtemperare legibus suis. Tunc enim iura sua ab omnibus obseruanda existimet, quando primus ipse eis reverentiam præbet, scz obseruando in se . Decretalis etiam dicit . Patere legem quam tu ipse tuleris. Refertur in historijs, qd Calenches paganus statuerit legem, vt adulteriū cōmittēs, oculis priuaretur. Deprehenso ergo filio suo

Matth. 5

Matth. 23

Isidorus.

Extra. de  
constit. c.  
Cum oēs.

## DE BON. DIVINA LIB. III. Fol. 263

in hoc scelere, cum populus pro eo rogaret, ne tali pœna puniretur, & populum in parte exaudiuit, & legē seruauit, vnum oculum eruens sibi, & alterum filio. Ecce quid fecit paganus zelator legis? Quanq; f. illud nec commendabile sit, nec imitabile, quia innocuius nunquam puniri debet pro reo: tantummodo in eo iustitia & legis zelus commendabilis est. Consideremus quantæ dignitatis & excellentiæ est lex, vt ea legislatores cogantur, & deus dignetur obseruare. Nā dominus Ieus vsq; ad impletionem humanarum legū & voluntatum descendere dignatus est. Hinc est quod parentibus obediuit, quod tributum soluit, quod potestati se subdidit, permittens se ligari, quod Anna & Cayphæ tanquam superioribus, & Pilato tanquam iudici respondit, & vestes exuit, permittens se flagellari, quod crucis onus sustulit, & manus pedesq; petitus extendit, permittens se crucifigi. Præfati tamen peruerse lege vrebantur, & male applicabant. Lex enim humana, teste beato Augustino in libro de libero arbitrio, à lege æterna deriuatur, si tamen sit secundum rectam rationē, ideo debet seruari. Si vero agnitus fuisset Christus, legem purgationis matris nō servando, neminem scandalizasset, quia nec eū, nec matrem ligabat: cum illa non conceperit eum suscepito semine, nec eum crucifixissent, si eum dominum gloriarū cognouissent. Si igitur ratio nostræ salutis exigeret, quod Christus dominus, & benedicta mater eius legibus diuinis atq; humanis subderentur (cum tam ab eis non ligarentur) & legislatores suas conditas coguntur leges adimplere, quanto obligatores sunt subditi ad omnes leges eos ligantes implendas, scilicet diuinas & humanas. Humanæ enim leges superinductæ sunt, vt inquit Isidorus, vt earum metu humana coeretur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidatio supplicio, refrenet nocendi facultas. Licet enim sint quidam pro-

Lucæ 2  
Matth. 17  
Iohan. 18  
Matth. 26  
Marc. 15  
Lucæ 23

1. Cor. 2

Isidorus.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

ni ad actus virtutum ex bona dispositione naturæ, vel coniuetudine, vel magis diuino munere, quibus sufficit paterna monitio, tamen sunt alijs proterui, & ad virtutem proni, deum non verentes. qui verbis emēdari non possunt, quos oportet vi & metu coercere, ut disuescant male agere, & alijs quietam vitam redere: discant quoq; voluntarie bene agere, & fieri virtuosū disciplina legū. Quia (sicut dicit Philosophus in primo Politice) sicut homo si sit perfectus virtute, est optimum animalium, sic si sit separatus à lege & iustitia, est pessimum omnium: quia homo habet arma rationis ad explendas concupiscentias & sequitias, quæ non habent alia animalia. Et si quidem homo ordinatus foret tantum ad finem, qui non excederet proportionem naturalis facultatis hominis, sufficerent sibi leges humanæ, & lex naturalis, à qua ille ceteratur. Sed quia homo ordinatus est ad finem beatitudinis æternæ, quæ excedit proportionem naturalis facultatis humanae. Ideo necessarium fuit, ut supra legem naturalem & humanam, dirigeretur etiam ad finem suum lege diuinitus data. Has omnes dominus legum in seipso nostræ salutis causa adimplevit. Sufficit harum obseruantia omni homini ad salutem. Sed quia multa impedimenta occurruunt in impletione harum legum, uictus est lex consiliorum, quæ neminem cogit nisi professum. Hæc remouet impedimenta actus charitatis, quæ tamen charitati non contrariantur, sicut est matrimonium, occupatio rerum secularium, & alia huiusmodi. Præcepta enim diuina alia à præceptis charitatis, solum remouent ea quæ contrariantur charitati, cum quibus scilicet charitas esse non potest, sicut est furium, perjurium, &c. similia. Hæc præcepta obligant omnes homines. Consilia autem, sicut dominus docere, ita primo ea impletere dignatus est, ut nos erudiret, & efficacius ad ea induceret. Hanc legem consiliose cum obligatione super

Lex consiliorum.

## DE BON. DIVIN. LIB.III. Fol. 24

nos, nosip̄ qui hic sedemus accepimus. Sed dicet alius: Stolidē fecimus, quod super onera tantarum legum, onus etiam consiliorum obligatorie multo praecepimus ac legibus grauius, super nos accepimus. Ad quod ego dico, quod non stolidē, sed prudentissime fecimus: immo hoc prae ceteris hominibus in donum optimum a deo recepimus, per quod Christo dominino duci salutis nostrae, suisq; discipulis, & charissimis eiusdem amicis, & sanctissimis patribus conformes facti sumus. Considerantes enim tot & tanta impecdimenta charitatis ex diuino precepto implendz, iuxta quod dicitur: Diliges dominum dum tuum ex Deuter. 5  
toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viri Lucæ 10  
bus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut te ipsum. Quod utique ex sui totalitate & amplitudine difficultimum est implere & conseruare, inter tot fluctuationes seculi, inter tot negotia secularia, & inter carnalia, &c. cum sentiamus nos debiles, carnales & passionatos: prudentissime fecimus declinando a tot periculis perditionis (cum transgressio precepti charitatis certissime damnet transgressorē) & legem consiliorum assumendo: non utique in onus sed in releuamen oneris legum prænomina orū. Exempli gratia. Qui portare habet onus magni ligni parvam viam, per quam haud facile transire permitetur, propter ramos insertos ligno ex omni parte, is non diceretur onus assumere, si bipennem secum ferret, qua ramos eum impeditentes amputaret: sed sibi esset in magnum releuamen, licet ipsa bipennis in se aliquod pondus habeat. Simili modo, qui baculum sumit, ut sibi ambulando quasi tertium pedē foremet, vel quo saccum, non facile manibus portabilem ab humeris leviter portet, vel quo lignum grauans unum humerum in portando, retro in alio humero leuet, ut ambo humeri portent, quod unus portare non potest, utique is assumendo baculum in talēm usum

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

se non onerare dicitur, sed releuare: quanquam in se  
aliquid ponderis habeat baculus. Sic lex consiliorum  
id est, religio, amputans occasiones peccandi & das  
occasions implendi charitatis pcepta, non in onus  
est, sed in releuamen, nisi omnino peruersus esset pro  
fessus legis consiliorum, qui nollet seruare legem pro  
fessam. Sic etiam ille qui bipenne aut baculo non vte  
retur, pro ut iam dixi, sed solummodo portaret, vti  
que tunc non essent in releuamē, sed in on<sup>o</sup>. Fratres in  
tra vos ite, & diligenter perpendite, ex propria fra  
gilitate in quot peccata decidissetis, in luxuriam, in  
ebrietates, in lites, in alia multa, nisi dominus in re  
ligione hac sancta, & lege consiliorum vos confers  
uasset. Amplectamur itaq; has leges, quia dominus  
Iesus, & pia mater eius subdiderunt se eis. Et si aliqd  
oneris continent, illud vtiq; immensum pondus glo  
riæ in futuro operabitur in nobis. Oportet em̄ nos  
per multas tribulationes intrare in regnum dei. Si  
autem vero exemplo Christi, & pie matris eius, nos sub  
didimus legibus, sic subdamus nos purificationi. Do  
minus Iesus sicut venit in similitudine carnis pecca  
ti: sic purgatus est pro similitudine à peccatis, per  
circumisionem, & hodie per oblationem cū sua puris  
sima matre, & per redemtionem sui. Sustinuerunt  
Iesus & Maria, quod peccatores reputabantur. Non  
dedit nemur igitur si peccatores reputemur, etiam si  
de quibusdam peccatis non sumus nobis conscienti. No  
n nulli enim vel virgines, vel à multis peccatis cōmu  
nibus immunes, cum de incōtinentia vel illis pecca  
tis sermo habetur, ne reputentur tales, sine necessita  
te se purgant. Hoc non fecit Iesus, nec Maria. Propter  
scandalum tamen, vel aliam necessitatem vel ædifi  
cationem, oportet interdum hoc facere, sicut legitur  
fecisse dominus ad Iudeos, & Paulus ad Corinthios.  
Purgemus nos, quia in multis offendimus omnes. Pa  
rum est, quod non est mixtum se ignobiliori, vel im

2. Cor. 4

Actu. 14

Philipp. 2

Iohan. 8

2. Cor. 11

Jacob. 3

Perfectiori. Anima vero creatura nobilissima est, & imago dei excelsi. Si ergo rebus creatis inordinate miscetur per cogitationem, vel curiosam intelligentiam, vel amorem, impura redditur, & peccat. Si vero ei conformari ntitur, cuius est imago, occupando se cum domino deo suo, in cogitatu, in intellectu, in voluntate, in affectione & charitate, reddetur purissima, iuxta illud Proverbiorum: Aufer rubiginem Prover. 25 de argento, & egredietur vas purissimum. Tal: vas erat Maria, de qua Anselmus dicit, quod ea puritas Anselmus te emicuit, qua maior sub deo nequeat inueniri. Idcirco in honorem eius, & signum puritatis eius, portamus candelam hodie accensam, iuxta illud: Hanc in honorem pia candelam porto Mariæ. Candela significat beatam Mariam, ut patet ex institutione hius festi, quamvis posset etiam Christum dominum significare. Cera ductilis, eius humilitatem, lychnus candens, eius puritatem: ignis lucens, designat eius charitatem & exemplaritatem. In his debemus charissimi eam imitari in operibus nostris. Idcirco candalam manibus portamus. Non sufficit candalam in capsula clausam custodire, id est, Mariæ sanctitatem in mensoria retinere, sed in manibus, id est, in oibns.

### I Quomodo Christus legi se submisit, & de lege triplici, diuina, naturali & ciuili. Exhortatio IX.

**P**ostquam impleti sunt dies purificatio-  
nis eius secundum legem Mosi, tulerit  
illum in Hierusalem, ut sisterent eum  
domino. Lucæ secundo. Ut purgationē  
intelleximus ad intelligendum veritatem,  
& affectus ad amandum atq; gustandū  
consequamur, matrem Iesu, hodie pro similitudine  
purgatam, deuotissime salutemus, mente pia dicētes

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Aue Maria. Postquam impleti sunt, &c. vbi supra. Di-  
lectissimi fratres, si historiam praesentis solennitatis  
intente atq; deuote consideramus, inuenimus doctri-  
nam non in verbo, sed in facto, vnde humilitas nos-  
stra utiliter, & salubriter instruatur. Docetenim san-  
ctum euangelium, quod legifer & author vtriusq; san-  
ctissimi testamenti, dominus maiestatis se legi subdi-  
dit, perfunctus legali sacrificio. Item q; mater ipsius  
virginea, spiritus sancto concodata, purgationem ac-  
cepit, quasi a marito semē suscepisset, prout in Leuiti-  
co describitur. In isto facto maxima vtriusq; filij & ma-  
tris humilitas commendatur, & humana presumptio  
atq; superbia vituperatur, quæ vtq; legibus astris  
et alegre subiici degebat. Nec est ad propositum, si  
quis allegare voluerit contra Iesum & Mariam mas-  
trem eius, illud. Quod qui quis iure in altero statuit

Leuit. 12

Extra de  
constit. c.  
Cū om̄es.

ipse eodem iure vt debet, nec illud Sapientis: Patere  
legem quam ipse tuleris, quia lex Mosi vel dei, loqui-  
tur de matre corrupta, & filio in peccato concepro &  
genito, quales non erant Iesus & Maria. Sed dicet ali-  
quis. Ergo simulationem admiserunt Iesus & Ma-  
ria, exhibendo se tanquam tales. Ad hoc responde-  
mus, pro Iesu & Maria, quod factum ipsum in hac  
expiatione pro similitudine tanquam essent peccato-  
res, vt cæteri de quibus lex loquitur, non processit  
ex simulatione: quia neminem intendebant decipere  
sed ex dispensatione sacramenti humanæ redemptio-  
nis. Quia venit deus in similitudine carnis peccati  
vt eos qui sub lege erant, redimeret. Similes ergo  
erant peccatoribus Iesus & Maria, sed non peccato-  
res, nec obnoxii legi. Volebant ergo (sicut veri hu-  
miles) viles ab hominibus reputari, vt interim imple-  
retur salutis humanæ sacramentum, & pro tempore  
olleretur scandalum. Nondum enim venerat tem-  
pus dicendi, q; Iesus esset deus, salvator mundi, dei pa-  
ris & virginis matris filius & Messias. Scandalum

Calat. 4

## DE BONI. DIVIN. LIB.III Vol.266

ergo dedissent ignorantibus Iesu & Maria si legalia  
nō seruassent. Scādalū autē qd orit ex ignorantia est  
vitā dū. Quod dñs Iesu in virili ætate, facto imple  
vit & docuit ( vt scribitur apud Matthæum ) quan  
do illis instantibus qui didrachmam petierant, dixit  
Perro sententiam. Liberi sunt filii. Vt autem non  
scandalizemus eos, da inquit, eis pro me & te. Item  
dicit A P O S T O L V S : Non manducabo  
carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.  
Igitur factum hodiernæ festiuitatis, in impletione  
legalium circa Iesum & Mariam, dispensatio fuit hu  
manæ reconciliationis, vtriusque exemplaris humi  
litas, & amborum ad proximos seruissima chas  
ritis. Idcirco dicit Iesu: Discite à me, quia mitis  
sum & humilis corde. Nouerat indubie se ipsum Ie  
sus, quod scilicet non erat vilis, sed nobilissimus, de  
us optimus, & homo cæteris omnibus præstantior,  
& per gratiam cunctis angelicis spiritibus excellen  
tior. Tamen propter nostram salutem voluit vilis  
videri & abeclus reputari. Et hæc ex charitate  
prodibant, qua maior non potest haberi. Fratres  
dilectissimi moneo vos, subditi esote legi humiliter  
vt fructum sacramenti humanae reconciliationis  
(per subiecctionem legis in C H R I S T O com  
pletæ) percipere mereamini. In illa subiecctione legis  
vsque in mortem perseverate. Non deponatis vos  
de hac cruce, præsumptione propriæ temeritatis, nec  
per licentias leues, vel dispensationes, quæ potius  
sunt corruptæ vel corruptiones, sed aliorum ma  
nibus, id est superiorum monitis aut præceptis ( si  
tanta fuerit in deserendo legem necessitas) depona  
mini. Charitas ad hoc vos compellat, ne relinqua  
tis scandalum fratribus, qui sequitur præcedentis  
um vestigia, putantes sibi licere qd in precedentibus  
fieri cōspexerint. Totus mūndus & tota religio scāda  
k 4

Matth. 17

1. Cor. 8

Matth. 18

Matt. 19

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Iis plena sunt: Sed v̄ illi per quem scāndalum venit  
Dicet forsan aliquis: Quae nam est ista lex cui subiecti  
debemus & tenemur? Materia h̄ac & lata est, & pro-  
funda, quam v̄cung dilucidabo abbreviatam.

Matth. 18

Lex multi-  
plex.

Psalm. 118

Prouer. 3

Psalm. 4

Isidorus:

Philosop.

¶ Est multiplex lex. Prima est æterna. H̄ac est ratio gubernationis rerum in deo, sicut in principe universalitatis, qui nihil concipit in tempore, sed habet æternum conceptum. De hac dicitur in Psalmo: Lex tua veritas. Ideo non potest errare. Ab hac omnes leges iusta deriuantur, iuxta illud Prouerbiorū: Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Ab hac lege primo deriuatur lex naturalis, quæ tamen impressio excellentiori modo est in homine, quam in cæteris animatis, vel inanimatis, inquantū est ipse homo particeps prouidentia, fib̄npi & alijs prouidens. De hac participatione dicitur in Psalm. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Et responde tur. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Primum principium huius legis est. Bonum est quod omnia appetunt. Primum ergo præceptum huius legis est, quod bonum est faciendum & prosequendum, & malum vitandum. Et super hoc fundantur omnia alia præcepta legis naturæ. Ab his duabus legibus, æterna scilicet & naturali, deriuantur omnes leges humanæ, inquantū scilicet ex impressione ceteræ legis, & præceptis legis naturalis, quasi ex quibusdam principiis communibus & indemonstrabilibus humana ratio procedit ad aliqua magis particulariter disponenda. Et istæ particulares dispositiones ad inuenient secundum rationem humanam, dicuntur leges humanæ: & sunt summae necessariae. Factæ enim sunt inquit Isidorus, ut earum metu humana coheretur audacia, tutaque sit inter improbos innocētia & in ipsis improbis (formidato supplicio) refrenetur nocendi facultas. Homo enim ( teste Philosopho) si sit perfectus virtute, est optimum animalium, si ve-

to sit separatus à lege & iustitia, est pessimum om̄is  
um: quia habet arma rationis ad explendas concupi-  
scencias & sequitias. Necessarium ergo fuit ad pacem  
hominum & virtutem, quod leges ponerentur. Quā-  
rum quædam deriuantur ex lege naturali, sicut con-  
clusiones ex principijs. Ex illo namq; quod nulli est  
faciendum malum, sequitur quod non licet aliquem  
occidere, nec decipere in emendo & vendendo, & si-  
milibus. Et hoc vocatur ius ḡtium, quod æ qualiter  
apud omnes gentes feruatur. Quædam vero leges de-  
riuant ex lege naturali, sicut determinationes quæ-  
dam aliquorum communium. Sicut lex naturæ has-  
bet quod ille qui peccat puniatur, sed quod tali pes-  
ta vel tali puniatur, pertinet ad ius ciuale. Et tales  
determinationes differenter traduntur in regnis &  
ciuitatibus, & ceteris locis. Vterque tamen modus  
ex principijs naturalibus sive concludendo, sive de-  
terminando, in humana lege continetur. Hæ sunt le-  
ges canonicae, hæ sunt leges imperiales, hæ sunt les-  
ges terrarum, ciuitatum, villarum, & similibus locis  
quæ omnes conditæ sunt ut refrenentur mali, ut vi-  
tia excludantur, ut subditiboni & virtuosi reddan-  
tur. Omnia tamen mala emendare non possunt. Vn-  
de Augustinus: Lex quæ regendis ciuitatibus fertur  
multa concedit atq; impunita relinquit, quæ per di-  
uinam prouidentiam vindicantur. Quapropter (ius  
xtra eundem in primo deli. ar.) vt nullum malum im-  
prohibitum & impunitum remaneret, necessariū fu-  
it superuenire legem diuinam, per q; oia peccata pro-  
hibentur. Hæ etiam interiores hominis motus regu-  
lat, ad quos humanum iudicium se non extēdit. Ad  
cuius scilicet diuinæ legis perfectam impletionem,  
per sanctos patres spiritus sanctus certos viuendi mo-  
dos & leges instituit, quas regulas, vel statuta, vel cō-  
suetudines (quæ vim legis obtinent) appellant. Hæ  
omnes leges habent vim obligandi in foro consciencie.

Augustin.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

tia à lege æterna, à qua derivantur, iuxta illud Proverbiorum: Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, & non ab homine, quia homo homini, ut sic, non potest imputare peccatum, sed solus deus. Peccatum enim (teste Augustino) est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam. Ergo delinquentes in leges, in deum peccant, & sic damnationem acquirunt, quia diuinæ ordinatio re sistunt, si tamen fuerint leges radicatae in lege æterna, ex qua habent quod iusta sunt. Non est autē lex si iusta non fuerit, teste Augustino. Quapropter leges iniustæ non obligant in foro conscientię, nisi forte propter vitandum scandalum, vel turbat onem, proper quod etiam homo iuri suo cedere debet, iuxta ilud Matthæi: Qui abstulerit tibi tunicam, da ei & palium. Quod tamen non est faciendum quando iniusta lex contrariatur diuinæ legi, inducens ad peccatum: quia obedire oportet deo magis quam hominibus. Peccat autē in deum quis (relinquendo legem) multis motiuis. Primo contemnendo authorem legis, vñ superiorem, qui conceptus grauior est q̄ contempt⁹ contra legem, cum quo mitius agitur, q̄ cum legis ministri contemptore secundum Iura. Secundo contēnendo legem vel statuta, quia scilicet nō vult subiici legi cui est astrictus, & ex hoc procedit agendo contra legem. Talis operatur contra legem proprie ex contemptu. Tertio ex ignorantia, vel negligentia, vel ira, vel concupiscentia, & similibus. Nota, si quis ex quacunq; causa transgreditur legem, vel statuta, & habet animum continuandi transgressionem, hic dicitur peccare ex contemptu interpretatio. Simile est de illo qui ex consuetudine peccat, nō curans se emendare. Apparet enim in illis quod nō curant legem, nec volunt eidem subiisci, sed contēnunt licet non verbo, tamen facto. Secus est de illis qui frequentes delinquunt contra statuta, sed semper se emē

Prouer. 3

Peccatum  
quid.

Augustin.

Matth. 5

Actu. 5

DE BON. DIVINA LIB.III. Fol. 263  
dare proponunt & dolent. Contemptus est peccatum  
mortale, & laqueus magnus religiosis dissolutis & in  
deuoris. Peccare etiam in tria substantialia religioso  
rum, quorum obedientiam explicite, castitatem &  
paupertatem implicite profitemur, & peccare con  
tra præcepta, semper est mortale peccatum. Vos ve  
ro dilecti & sanctificati ( qui meditamini legem dñi Psalm . 5  
die ac nocte, qui proper bonam & devoutam volun  
tatem, iam non estis sub lege, in quantum cogit & pu  
nit, secundum quod dicit Apostolus: iusto nō est lex 1.Timo. 2  
posita, quamquam sitis sublege vos dirigente, imo si  
tis ipsa lex, propter conformitatem voluntatis ad le  
gem quam zelatis) Vos inquam, gaudete, quia estis  
in statu in quo rarius peccabitis, & cæteris paribus,  
leuius si ex infirmitate cecideritis, & non contra vo  
ta, nec cum scandalio peccaueritis, sed cauete ab omni  
contemptu, maxime superiorum vestrorum. Ille con  
temptus excusat, ut etiam contemnendo & contras  
ueniendo se purent obsequium præstare deo. Idecir  
co socios ad se trahere mituntur, mentiendo, detrac  
hendo, temerarie iudicando, & superiorum fautores  
& obedientiarios turbando & persequendo. Attens  
tate ducem & præceptorem nostrum Iesum, qui se  
potestatibus subdidit & legibus, ac seruitoribus eos  
rum. A Platō sententiam accepit, & obediuit. Vestes  
requisitus exxit, & flagellis se aptauit. Iussus sedet co  
ronatus & illudendus. Impositam crucem, obediens  
portauit. Postulatus manus dedit & pedes, vt affige  
rentur. Confundatur ergo qui se non subdit sanctis  
simis statutis & legibus, neq; suis superioribus, cum  
suis dux, salvator, & dominus se subdidit iniquis iu  
dicibus, atq; humanis legibus.

¶ Quō Christi matrisq; eius virtutes imi  
temur & q̄ deo grata sit quotidiana  
sacri altaris oblatio. Exhortatio X.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

**P**ostquam impleti sunt dies purificationis Massæ secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem, ut sitterent eum domino. Lucæ 2. His verbis beatus Lucas succincte (duabus comitem moraris domini legibus, quarum una de purificatione pueræ, altera de oblatione primogeniti sonat) virginem gloriofissimam Mariam utramque huiusmodi implesse enarrat. In quibus etiam verbis imitanda nobis proponitur, primo genitricis dei vera obediētia, in eo quod obediuit, etiā tali legi, cui non erat ultra ratione obligata. Merito igitur hoc exemplo instruti, nos obedire prōpte debemus (saluberrima imitatione matris dei) legi, cui veraciter astrinximus, siue per diuinum preceptum, cui innititur omnium superiorum authoritas, eo quod omnis potestas à deo est, siue per sponte neam professionem, quæque obligat. Unde dicitur in libro Numerorum: Si quis virorum votum domino voverit aut se iura mēta cōstrinxerit, non faciet irritum verbum suum sed omne quod promisit implebit, quia utrumque est obligatorium, votum tamen magis. Cuius ratio est. Quia obligatio voti causatur ex fidelitate, quā deo debemus. Ad quam requiritur quod ei promissum soluamus. Obligatio autem iuramenti causatur ex reverētia quam debemus ei, ex qua tenemur, quod verticemus id quod per nomen eius promittimus. Ois autem infidelitas, irreuerentiam continet, sed non extra. Unde & infidelitas serui ad dominū, videtur esse maxima irreuerētia ad ipsum. Et ideo votum ex sua ratione magis est obligatorium quam iuramentum. Et quantum deo displicet votum infidele, ostendit spiritus sanctus per Ecclesiasten, dicens: Si quid vovisti deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio, sed quodcumque voveris, redde. Dicitur promissio infidelis, quando votum non reddit. Dicitur stulta, quando est de re illicita, vel impossibili

Roma. 13;  
Num. 30

Eccles. 5

## DE BON. DIVIN. LIB. III. Fol. 269

li, vel de re quæ non cedit in honorem dei, ut leuare  
 festucam de terra. Ex prædictis vero manifestum est  
 quod votum obligat ad id quod vovit quis fideliter  
 implendum. Ex qua tamen obligatione f. licet effi-  
 citur, eo quod opera eius laudabiliora & magis meri-  
 toria sunt ex voto, quam sine voto. Quapropter con-  
 sulitur in Pialmo: Vouete & reddite. Vouere volun-  
 tati consulitur, sed consilium non est nisi de meliori  
 bono. Ergo melius est facere aliquod opus ex voto,  
 quam sine voto. Quia qui facit sine voto, implet tan-  
 tum unum consilium, scilicet de faciendo: qui autem  
 facit cum voto, implet duo consilia: scilicet vos-  
 uendo & faciendo. Præterea vouere est actus latræ  
 (qua est præcipua inter virtutes morales) nobilio-  
 ris autem virtutis est opus melius & magis merito-  
 rius: ergo actus procedens ex voto est magis merito-  
 rius & laudabilior. Vnde etiam actus aliarum virtu-  
 tum, puta iejunare, qui est actus abstinentiae;  
 & continere, qui est actus castitatis, sunt melis-  
 ora, & magis meritoria si fiant ex voto, quia sic iam  
 pertinet ad diuinum cultum, & sunt actus latræ, & Augustinus.  
 quasi quedam dei sacrificia. Vnde Augustinus in li-  
 bro de virginitate dicit, quod neque ipsa virginitas quæ  
 virginitas est, sed quia deo dedicata est, honoratur.  
 Præterea ille qui vovit aliquid & facit, plus se deo  
 subiicit, quam ille qui solum facit. Subiicit enim se  
 deo, non solum quantum ad actum, sed etiam quan-  
 tum ad potestarem, quia de cætero non potest aliud  
 facere. Sicut plus daret homini, qui daret ei arborē  
 cum fructibus, quam qui daret ei fructus tantum  
 ut dicit Anselmus in libro de similitudinibus. Ergo  
 opera bona facta ex voto, sunt magis meritoria. Præ-  
 terea per votum immobiliter voluntas firmata in bono  
 sum. Facere autem aliquid ex voluntate firmata in  
 bono, pertinet ad perfectionem virtutis, ex qua opus  
 reddetur perfectum, & magis meritorium, sicut à co-

Psalms. 75

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

trario, peccare mente obstinata, aggrauat peccatum.  
Nec obstat, si interdum homo votum implet cū tristitia, dum tamen remaneat voluntas votum impleendi, quia adhuc (tristitia nonobstante) est opus magis meritorum quod fit ex voto, quam si sine tristitia sit eret sine voto: quia impletio voti est actus vel opus religionis, quae est potior virtus q̄ alia virtus, pura abstinentia, vel castitas, & similes. Ut tandem reueremur unde dicensi sumus, in rito exemplo beatæ Mariæ, obedire debemus legi ad quam astricti sumus sive diuino præcepto, sive professione, in magnū meritum nostrum, cum ipsa obtemperauerit legi cui obligata non erat. Secundo imitanda nobis proposuit pueri Iesu præmatura patientia, in hoc quod seipsum post dolorissimā circumcisionē, publice ad teplum tanq̄ peccatorē deferri sustinuit. Deponamus charissimum fratres impatientiam nostrā, & intuitu de cōs nostri Iesu filii dei, studeamus & quanimitet tristitia ferre. Et quæ sunt hęc tristia? Ea quæ imperfecti animus tristia deputat, licet in se tristia non sunt. Puta diuinis laudibus alacriter interesse, officia conuentualia adimplere, ordinē seruare. Hęc tristia non sunt amantibus, sed dissolubilis mente, & non amantibus. Sicut Apostolus Iohannes de mandatis dei dicit, non esse grauius, scilicet amantibus. Inueniuntur ergo q̄ adimplenda, q̄ prædicti, inuoluntari sunt & im patientes, immemores professionis suæ. Allegant in dispositionem suam, naturalia sua, iuuentutē suam, senectutem suam, infirmitatem suam, & similia multa: sed mentis iniquitas sibi, & nihil horū est in causa, sed sola immortificata voluntas & excæcata. O si adesset egestas, quanta patremur, quanta facherem⁹ ad eam depellendam. Ad memoriam redeat sermo beati Augustini, in festo sancti Andreæ, in quo narrat quid patiuntur in scholis pueri, quid milites in bello, quid venatores, qd mercatores. Et nos consideremus

a. Iohan. 5

Psalm. 16

Augustin.

quid agant pauperes sacerdotes, etiam senes, & ceteri  
ministri ecclesiarum, ut presentias (ut vocant) acgrat,  
quid mechanici per die & penè per noctem (vno in  
loco sedentes) laboris impendunt, ut pane satientur,  
quid pauperes circa fores ecclesiarum in frigoribus  
& ventis patiuntur, ut eleemosynā accipiant. Quid  
dicam de rusticis & viniatoribus, qui à quam bibunt,  
& cum pane nucibus vescuntur & pomis, & tamen  
laborando vocem cantici extollunt in sublime? Hos  
in iudicio opponet nobis deus, & confundent nos  
immortificatos, in uoluntarios, & impatientes. Exci-  
temus fratres charissimi nosmetipos ad portandum  
ea quae ordinis nostri sunt, suauiter & fortiter usq;  
ad finem. Optemus etiam viles haberi & peccato-  
res, quia dominus Iesus (a quo longe est omne pcca-  
tum) non designatus est peccator reputari. Sic & be-  
nedicta mater eius, non designata est mulier corru-  
pta & peccatrix estimari & haberi. Hos imitari sunt  
omnes sancti. Periculum onus est, in precio & esti-  
matione haberi apud homines. Præbet enim incenti-  
uum vanæ gloria, & deperdere nititur si quid boni  
habetur, confusio hem etiam maximam parat co-  
ram iusto iudice deo, & omnibus sanctis, si secus ins-  
uentum fuerit, quam homines existimatunt. Idecir-  
eo omnis sanctus per humilitatis virtutem verissima  
sui cognitione sibi ipsi vilescit, & tales se vilem ab as-  
Ihs haberi gaudet. Sumus enim ex nobis verissime  
viles, quod debemus attendere, licet dei dona multa  
habemus, qua ipsi soli ascribere debemus. ¶ Ter-  
tio imitanda nobis proponitur matris & filii eius,  
Mariæ sc; & Iesu, humilitas profunda, in eo q; dñi  
mundi, regina cœli, & mater altissimi, puerū Iesum  
regem regum, & dñm dominantium cum oblatione  
pauperū in templo presentavit, & legem Mosi (cui  
nec ipsa, nec filius eius subiecti fuerant) studiosissi-  
mē adimpleuit. Sed de his sit pro nunc suffis-

Notz.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Cienter dicitur. Placer in fine hanc charitati vestre  
fratres charissimi facere exhortationem, ut sicut beata  
Maria p̄fatis & omnibus virtutibus plena (cum nō  
sit vna virtus sine omnibus) studioissime filium suū  
Iesum in templo obtrulit deo patri, ita diligentissime  
per p̄fatas & omnes virtutes (peractis iam & im-  
pletis diebus penitentiae & purgationis) vos præpa-  
rate offerre pro omnibus omnium salvatorem Iesum  
suo & nostro indulgentissimo patri. Ad hoc quippe  
vocati estis, & instituti, atq; ordinati in ecclesia dei.  
Implete ergo fratres officium vestrum, ne reatus tan-  
tae negligentiæ vobis imputetur, & pena. Deus enim  
expectat ex oblatione hostię sacri altaris (cuius estis  
ministri) gloriam, angelii lætitiam, homines gratiam  
purgatorium liberationem. Vnde dicit venerabilis  
Beda: Qui absq; peccato mortali est, & in bono pro-  
posito (quales nos tenemur esse) si non celebrat cum  
habuerit copiam celebrandi, quantum in eo est, totā  
trinitatem privat gloria, & angelos in coelesti Hieru-  
salem manentes lætitia, homines in terra degentes  
beneficio & gratia, & animas in purgatorio degens  
tes patrocinio & venia.

**¶** Quid beata Maria post partum usque  
ad purificationis tempus egerit, & quo  
modo eius humilitatem, fidem con-  
templationēcū imitemur. Exhor. XL.

**P**ostquam impleti sunt dies purgationis Mariæ  
tulerunt Iesum in Hierusalem, Lucæ secundo.  
Libet percunctari charissimi, quid in diebus  
(qui hic narratur impleti) beata Maria in praesentia  
domini Iesu filij sui, summi dei atq; solius, extra quē  
(teste Isaia) non est salvator, egerit. Non est modica  
res in praesentia diuinæ maiestatis, tot diebus quot  
a nativitate domini usq; in hodiernam diem fluxea

DE BONI. DIVIN. LIB. III. Fol. 27r

runt, digne conuersari, deum manibus contractare,  
nutrire, ligare, & alia (quæ humana natura mortalis  
officia requirit) impendere. Si famuli coram domino  
vel superiore suo cum tremore assistunt, qua solitu-  
dine & reuerentia oportet purum hominem assistere  
deo: Dicam quæ videntur mihi vera & digne sentiē-  
da, vos fratres digniora inuestigate. Videtur itaque  
mihi, quod beatissima dei genitrix in verissima se humi-  
litate, in oculis infallibilis veritatis, in carne (ex se  
sumpta) coram se apparentis, & intus rotam aīc suæ  
regionem inspectantis exercitauerit. Metiebatur se  
metipsam, quæ & qualis esset in se ipsa, & se vilem re-  
putabat: & ad gratias & dona diuina sibi data, se in-  
dignam cognoscebat. Mirabatur diuinam largitatē  
& dignitatem, & electionem sibi præ cæteris femi-  
nis præstitam. Hoc claret in cantico suo, vbi ait: Re-  
spexit humilitatem ancillæ suæ, quasi diceret. Misericordia  
est, quod talem personam, villem & indignam, respicere  
dignatus sit, dando talia dona & gratias, & dei genitrix  
efficiendo. Agnouit haud dubium dona sibi  
præstita, alias non potuisse fuisse grata: sed illa eam  
non inflamat, sed humiliorem reddiderunt. Quia quā  
to potiora dona, tanto in comparatione suispius ad  
illa sibi ipsi vilior atque indignior innotuit: quia semp  
opposita iuxta se posita magis eluescunt. Dona dei  
sunt preciosa, vilitati contraria, quæ comparata ma-  
gis eluescunt. Sic omnes beati, clarissime dei in se do-  
na contemplantes, non elati sed humiliores existunt.  
Quando vero beata Maria recordabatur se electam  
in matrem dei, & post conceptum supernaturem,  
iam filiū dei peperisse, ad quod requirebantur magnæ  
gratiae, vt dei mater ornaretur propter honorem tas-  
sis filii, & gloriam dei (secundum quod Gabriel ei in  
salutatione annuntiauerat, dicēs: Aue gratia plena)  
illa tamen semper quid præter gratias dei in se erat  
considerabat, atque dicebat: Respexit dominus huma-

Lucæ 1.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

litarum ancillæ suæ. Et sic non seipsum, sed dominū magnificabat. Eapropter per maxime domino ipsa placebat, & ab eo sublimabatur iuxta sententiam quā filius eius postea docuit, dicens: Qui se humiliat, exaltabitur. Nec solum apud semetipsum beatam dei genitrix vilis apparuit, sed etiam apud ceteros talis haberet voluit. Quia propter licet ex partu debilis esse etia non fuerat, nec ad legis Mosaicæ obseruantiam astricata fuerat, tamen in Bethlehem (sub metu Herodis) donec dies purgationis secundum legem Mosi implerent, præseverauit, ut ab omnibus hominibus crederef mulier corrupta, peccatrix & immunda, & legi obnoxia una cum filio suo. Ecce humilius Iesus habet humile matrem, habet humiles fratres in celo, vbi superbia non habet ullum locum, habere vuile in terris humiles discipulos, dicens scholatibus suis: Discite à me, quia mitis sum, & humilius corde. Secundo exercebat se mater Iesu in his quae sunt fidei. Vnde ea quæ siebant circa suum filium, in corde recondebat, & apud prophetias conferebat, ut patet apud Lucam, vbi dicitur: Mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. Et supra in eodem cap. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo, vbi dicit glosa, quia prudenter atten-debat quo prophetiae implebantur in pueru nato. Et ista collatio erat ei valde delectabilis, & toti ecclesiæ valde utilis. Quia scdm q̄ dicit Hiero. in ser. de a ssuum ptione beatæ virginis, ipsa post ascensionem filij sui, remansit ad tempus in terris cū Apostolis, ut eos pleniū instrueret de verbo incarnato, de quo erat pleniū edocta p̄ spiritū sanctū, & oia familiarius viderat & tractauerat, propter quod melius exprimere poterat, iuxta qd dicit idem Hiero. Quod melius nouimus melius & proferimus. Itē de eodē dicit Ambr. Maria non minus ore pudica q̄ corde, secreta q̄ nouerat, nulli diuulgat, sed tacito corde scrutans, congruum tenet.

Lucæ. 18

Marc. 11

Lucæ 2

Hierony.

Ambroſi.

DE BONI. DIVIN. LIB.III Fol.272

pus quo hæc deus vulgari velit, reuerenter expectat  
con ferens ea quæ viderat circa se acta, & quæ lege-  
rat in scripturis agenda. Ei dictū erat ab anglo: Ec-  
ce concipies in utero, & paries filium. Prædictum Isa-  
ias: Ecce virgo concipier, & pariet filium. Videbat  
se de stirpe David ortam, in Nazareth de spiritu san-  
cto concepisse, in Bethlehem peperisse, quoꝝ oīm te-  
stimonia in diuersis prophetis legerat. Hæc Ambro.  
Itē videbat prophetias incipere impleri, qñ ductu sy-  
deris Magi gentiles Messiam querere, inuenire, ado-  
rare, & offerre eidem munera contemplabat. Ex his  
& similibus, fide exercitata, & q̄tidie actuata, & inno-  
uata, & illustrata, ex præteritor̄ atq; præsentiu cre-  
dendor̄ exhibitione, ipsa dei genitrix de futuroꝝ  
(q̄ per prophetas p̄dicta fuerant) certificata impleti-  
one, iteꝝ arcti iteꝝ decantare poterat, sicut ante co-  
ram Elisabeth cecinerat: Suscepit Israel pueꝝ suū, re  
cordatus misericordiæ suæ, sicut loquutus est ad pa-  
tres nostros Abrahā & semini eius in secula. Hæc est  
fides in mediatorē dei & hoīm Christum Iesum, si-  
ne qua nemo videbit deū. Tertio humilis Maria & filii  
de illuminatissima, de die in diem exercebat se in iu-  
cundissima filij sui contemplatione. Contemplatio  
vero fit propter amorem contemplati. Ex contem-  
platione vero veritatis & amore bonitatis oritur de-  
lectatio & gaudium. Ex quibus egreditur laus, hæc  
est alleluia. Contemplabatur igitur mater Iesu in fi-  
lio omnipotentem dei potestatem, infallibilem veri-  
tatem, infinitam bonitatem, dulcedinem & charita-  
tem. Et hanc præcipue. Vnde Augustinus, Quæ ma-  
ior est causa aduentus domini, nisi vt ostenderet des-  
us dilectionem suam in nobis? Et hoc dixit dñs Ies-  
sus apud Iohan. Sic deus dilexit mundum, vt filium  
suum vnigenitum daret, &cæter. Et in Apocalypsi:  
Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in san-  
guine suo, Item Augustinus: Nihil tam necessarium

Lucæ 1.

Isaiae 7

Lucæ 2

Matthæi 2

Lucæ 3

Augusti.

Iohann. 3

Apocal. 5

Augusti.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

suit ad erigendam spem nostram , quām vt demons  
straretur nobis, quantum diligeret nos deus . Quid  
vero huius rei iusto iudicio manifestius , quām vt  
dei filius naturæ nostræ dignatus est inire consorti-  
um Item si amare pigebat, saltem reamare non pige-  
at. Ex consideratione igitur dilectionis dei ad nos,  
quam contemplabatur pia mater Iesu ex incarnatio-  
ne dei in se facta, exarsit in amorem , & castissimam  
voluptatem dei, prorumpens in laudem eius dicens:  
Magnificat anima mea dominum , & exultauit spiri-  
tus meus in deo salutari meo, & sanctum nomen ei⁹.  
Non eam pigebat reamare. Per incarnationem quip-  
pe filij dei, factus est nobis deus totus amabilis & de-  
siderabilis. Quis dulcedinem domini , & amorem ei⁹  
ad nos digne pensabit ? Videbat Maria filium ex  
se virgine natum , videbat infantem, quem contem-  
plabatur verbum dei incommutabile in excelsis . Vi-  
debat constrictum fasciolis quasi impotentem , quē  
sciebat deum omnipotentem. Videbat lachrymantē  
quasi contristatum, quem agnouit gaudium angelo-  
rum. Et ne in longum transeamus, inter hæc atq; si  
milia, intravit innocens anima Mariæ in intima filij  
considerans omnia mysteria redemptoris nostræ,  
& arcana diuinitatis perfectius & lucidius quam  
omnes prophetæ vel apostoli, vel alij sancti, vel con-  
templatiui. Quia iuxta sententiam Iohannis Damas-  
sceni, à nullo illustrum vincitur. Hoc plane saluberrimo  
& suauissimo pascebatur centine in Bethlehē  
manens in Christo, & Christus in ea , donec offerret  
eum in Hierusalem . Nunc fratres nos oēs in Beth-  
lehem, id est in hac domo , vbi est panis vita cœles-  
tis, imitemur beatam matrem domini Mariam , &  
exerceamus nos coram humili puero Iesu in vera hu-  
militate. Bona si quæ sunt in nobis naturalia & gra-  
tuita, domino deputemus. Non tamen maiora dona  
nos habere arbitremur, quām in veritate sunt. Defe-

Lucas

Damasci.

DE BON. DIVIN. LIB.III. Fol. 272

Etus vero & peccata nobisipsis deputemus, ut vera nostri cognitione nobisipsis vilescamus, & ex consideratione donorum dei, non preciosiores, sed vilios res nobis innotescamus, tanquam talibus donis indigni & ingrati. In comparatione vero nostra ad eos fratres nostros, ceterosq; homines, non consideremus eorum defectus atq; peccata, sed dona dei, & eorum bona opera ac merita, ut meliores fiant in estimatione nostra, in comparatioē ad defectus nostros quatenus implere valeamus monitionem Apostoli, Philipp. 2  
qua ait: In humilitate superiores sibiūnicem arbitraes. Veri enim humiles semetiplos iudicant alijs inferiores. Beatus Augustinus sentit, q; in comparatione boni occulti alterius ad bonum nostrum apertum, debemus alium nobis superiorem arbitrari. Vnde dicit: Vere hoc estimādum, quia potest esse in alio aliquid occultum, quo superior sit, etiam si bonum nostrum quo illo videmur superiores esse, non sit occultum. Vere magna virtus animi est humilitas, qua iuxta sanctum Bernardum, non vult humiliis videri, sed vi lis haberi. Tales ad iudicium infallibilis veritatis glorificandus, & ab omnibus laudandus accedet. Qui vero se aliquid esse existimauerit, cum nihil sit, confundetur. Et erit maxima confusio: Hæc virtus ambitionem, iram, lites, indignationem, inuidiam, odium, dissensiones, & cætera vitia fugat. In hac igitur matre Iesu humillime imitemur. Exerceamus etiam nos in his quæ fidei sunt, meditantes die ac nocte ea quæ in sanctis scripturis de domino Iesu scripta sunt, & conferamus prophetias ad euangelia. Hoc quippe iucundissimum ac saluberrimum est. Illuminatur enim intellectus per hoc, lumine & agnitione veritatis saluberrima. Affectus vero ex ostendo amabili, felicissimo gaudio iucundatur. Quia quod intellectus apprehendit ut verum, hoc effectus recipit ut bonū. Istud verum & bonum in scripturis expressum, est

August.

Bernard.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

dominus Iesu Christus , deus & saluator noster , a  
peccatis nos suo sanguine abluens , ab inferno nos e-  
ruēs , ad cœlos nos introducēs . O quām desiderabilis  
est nobis misericordia propter hanc , & q̄ in seipso amabilis  
Huic merito debetur cordis plena iubilatio . Hinc ab  
Apostolo , fides etiā inter fructus deputat spūs , quan-  
do sc̄ exercitata in intellectu , & eo dem illuminato  
& clarificato per quandam eius , sc̄ fidei , certitudi-  
nem , affectui saporem p̄st̄at . Exemplum vnum hu-  
ius exercitiū . Dicit euangelium : Tulerunt Iesum in  
Hierusalem . Dicit propheta : Suscepimus deus miseri-  
cordiam tuam in medio templi tui . Item aliud : Dicit  
euangelia Christum crucifixum . Dicit propheta : Fo-  
derunt manus meas , & pedes meos . Et similia sunt  
multa . Sic imitemur beatam Mariam , quæ confer-  
bat omnia in corde suo , ut supra expressimus . Vace-  
mus etiam contemplationi , ut amemus contempla-  
tum secundum formam superius expressam , matrem  
domini in hoc imitantes , pane coelesti nos paſcentes ,  
Christo domino nos per fidem , spem & charitatem  
incorporantes , ut tandem expletis diebus purgatiōis  
nostræ , à Bethlehem , id est , domo hac panis , felici trā-  
ſitu , Iesum quem manibus gestamus , scilicet lucida  
exemplari vita ( quod totum candela accensa im-  
missa manibus portanda designat ) in Hierusal-  
em celestem ferre & ſistere domino valeamus . Vbi  
cum ipso & pia matre eius gaudebimus in visione pa-  
cis perpetuæ .

**H**istoriæ euangelicæ hodiernæ diei tro-  
pologia , & quæ peccata fint omnium  
grauissima . Exhortatio XII.

**E**cce homo erat in Hierusalem cui nomen Si-  
meon , & homo iste iustus & timoratus , expre-  
ſans consolationem Israel . Lucæ 2 . Præsen-  
tationē gueri Iesu in templo festiue hodie recolimus

Galat. 5

Lucæ 2

Psalm. 147

Iohan. 19

Psalm. 21

## DE BON. DIVIN. LIB. III. Fol. 274

In qua p̄sentatione occurrit, & inter brachia sua rescepit vir sanct⁹ dñm Iesum cū gaudio magno. Vt inā nos fratres eundē saluatorē nostrę Iesum brachijs geminę charitatis in tēplo dei (quod sumus nos) quā si in medio cordis nostri recipere mereamur. Quod ut annuat nobis, sumus Simeon. Simeon in libro Ge Genesi. 29 nescios interpretat audiens. Simus ergo audiētes, legē sc̄i dei, non in strepitu verbōz, sed impletione præceptorum, iuxta illud Prouer. Qui custodit legē, fili Prouer, 28 us sapiēs est. Ergo qui nō custodit, filius stultus est. Et talis dicit nō audire. Vñ ibidē dicit: Qui declinat aures suas ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis Ille ergo est audiens, q̄ legē implet. Et talis est homo hoc est, viuens scđm dictamen rectæ rationis. Quia hoīs esse est scđm rationē esse & viuere. Et nil, aliud exigit omnis lex ab homine. Talis etiā est iustus, tribuens, vnicuiq; deo, sibiipsi, & proximo qđ suū est. Et timoratus. Quia iuxta venerabilem Bedam, difficulter Beda, iustitia sine timore custoditur, quo iustus deū quanto ardenter diligit, tanto solertius offendere p̄cauet. Quicunq; talis extiterit, expectat consolationē Israēl. Defecrat humanū genus per peccata ab amēitate paradisi terrestris, & à felicitate curia coelestis, & perenit ad incolatum miseria terrestris. Restabat damnatio ad infelicitatem infernalem. Huic miserio humano generi misertus pater misericordiarum & deus totius consolationis, consolationem misit (et specialiter populo suo, de quo humanitatem assume re decreuerat) per prophetas redemptionem, æternam quoque salutem (Messia, id est, Christo, mediatore) promittendo. Christus dominus est consolatio nostra, per quem nobis prouenit æterna beatitudo. Hanc consolationem expectabat Simeon & recepit in vlnas suas accipiendo Christum dñm. Et ex hoc dimissus est in pace æternæ beatitudinis, non in re, sed in spe, sicut innuit Apostolus, ad Rom. scribēs

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Roma. 8

Spe salui facti sumus. Et nos charissimi fratres consolationem eandem recepimus mente, quia Christū per fidem venisse certissime credimus & confitemur Brachijs quoq; geminæ charitatis eundem huius-

Spes.

mus & spe certa ad æternam beatitudinem tendim⁹. Spes quippe est certa expectatio futuræ beatitudis-

Roma. 8

nis, veniens ex dei gratia, & ex meritis præcedentibus. Nondum beatitudinem videmus, sed per patientiam certissime expectamus. Sed dicet aliquis. Spes ex gratia & meritis prouenit, sed in hac vita scire p certitudinem nō possumus, q; gratiam habeamus, ergo spes viatorum nō habet certitudinem. Item: Certitudo esse non potest de eo qd potest deficere, sed multi viatores, id est, fideles ad beatitudinem tendentes, spem habentes, deficiunt à consequutione beatitudinis, ergo spes viatorum non habet certitudinem. Vbi sciendum, q; certitudo essentialiter inuenitur in vi cognoscitura. Participatiue autē inuenitur in omni eo qd à vi cognoscitura mouetur infallibiliter ad suū finem. Et sic spes certitudinaliter tendit in suum finem, id est, æternam beatitudinem, quasi participas certitudinem à fide qua est in vi cognoscitura, id est in intellectu: spes vero est in vi appetitiua, id est, in voluntate. Sicut ergo fides habet deum pro obiecto, in quo consistit nostra æterna beatitudo, & innititur primæ infallibili veritati: ita spes habet eundem deū pro obiecto, ad quē tendit, sicut in bonum suum & æternam beatitudinem, & innititur diuino auxilio & omnipotentiæ & misericordiæ, per quam (etiam q; gratiam non habet) eam consequi potest, vt sic ad vitam æternam perueniat, de qua omnipotentia & misericordia certus est, quicunque fidem habet. Certitudo ergo spei non est referenda ad ipsam beatitudinem adipiscendam, neq; ad præsentem gratiam, etiam si quis certitudinaliter eam nouerit habere, alioqui oportaret q; quicunq; haberet virtutem spei, certitudi-

DE BON. DIVIN LIB.III. Fol. 275

Naliter haberet gratiam, & habiturus esset æternam gloriam, quod multipliciter fallit. Sed certitudo spei refertur ad auxilium diuinum. Vnde expectatio spei non importat dilationem, qualis est illa quæ pertinet ad longanimitatem, sed importat respectum ad auxilium diuinum, sive differatur id quod speratur, sive non. Cum enim obiectum spei sit bonum future arduum, in infinitum excedens naturam humanam (tamen possibile haberi) oportet q̄ animus in illud tendens à virtute supernaturali iuuetur, quæ certissime ad est tendenti ad beatitudinem (quia deus nulli negat auxilium: sed vult omnes homines saluos fieri) quod si aliqui habentes spem deficiant à conseruacione beatitudinis, hoc contingit ex defectu liberis arbitrii, ponentis obstaculum peccati, non autē ex defectu diuinæ potētiae, vel misericordiæ cui spes innitur. Quapropter hoc non præjudicat certitudini spei. Spes ergo innitens diuino auxilio, tēdit principaliiter in deum, sicut in æternam beatitudinem. In alia vero re necessaria ad salutem tendit in ordine ad illud principale. Hic oritur quæstio, an licet sperare in auxilio sanctorum vel hominum. Ad hanc quæstionem respondeatur, q̄ spes duo respicit. Primo æternam beatitudinem, sicut finem ultimum. Secundo, diuinum auxilium, sicut primam causam inducē tem ad beatitudinem. Sicut ergo non licet sperare aliud quod bonum præter beatitudinem, id est, deum sicut ultimum finem, sed solum sicut id quod est ad finem beatitudinis ordinatum, sicut est adūetus Christi Iesu, gratia dei, & similia: ita etiam non licet sperare de aliquo homine, vel de aliqua creatura sicut de prima causa mouente in beatitudinem. Licit autem sperare de aliquo homine vel de aliqua creaturā, sicut de agente secundario & instrumentalī, per quod aliquis adiuuatur ad quæcumq; bona consequenda in beatitudinem ordinata. Et hoc modo ad sanctos

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

conuertimur, & ab hominibus etiā aliqua petimus.  
Vnde b. Gregorius in pri. Dialog. dicit, q̄ prædestina-  
tio iauatur precibus sanctorum. Ecclesia dei spiritu  
sancto edocēta hoc docet, docuit, & docebit vscq; in fi-  
nem seculi. Propterea cantamus: Salve regina miseri-  
cordiae, vita dulcedo, & spes nostra salue. Beatissimā  
dei genitricem præclarissimam, spem nostrā appellā-  
mus, non principalem(q̄ est deus) sed post Christum  
Iesum saluatorem nostrum, filium suum, secundariā  
& aduocatam nostram apud deum vltra ceteros san-  
ctos in impetrando efficacissimam. Spes ista quæ prin-  
cipaliter innititur diuino auxilio ad consequendum  
æternam beatitudinem, donum dei est supernatura-  
le, & virtus theologica, habens deum pro obiecto, &  
in ipsum tendens habet maximum meritum, quia de-  
um veneratur sicut infinitum & ultimum bonum, &  
eius misericordiae innitit. Qui vero de misericordia  
dei infinita desperat, dei maxime inhonorat: q̄a quā-  
tum in ipso est, dei misericordiā in nihilū ducit. Peccata  
q̄a opponuntur virtutibus theologicis, sunt secū-  
dum suū genus grauiora peccatis alijs. Cū enī virtu-  
tes theologicæ habeant deū pro obiecto, peccata eis  
opposita important directe & principaliter auerſio-  
nem à deo. In q̄libet aut̄ peccato mortali, principalis  
ratio mali & grauitas est ex hoc, q̄ auertit se à deo. Si  
enī posset esse conuersio ad bonū commutabile sine  
auersione à deo (quāuis esset inordinata) nō esset pec-  
catū mortale. Et id illud qđ primo &p se habet auerſi-  
onem à deo, est grauissimū peccatū inter peccata mor-  
talia. Virtutibus aut̄ theologicis, sc̄i fidei, spei & chari-  
tati, opponunt infidelitas, desperation, & odiū dei. In  
ter q̄ odium & infidelitas, si desperationi cōparentur  
inuenient secundum se qđem, i. sc̄dm rationē proprię  
speciei grauiora. Infidelitas enī prouenit ex hoc, q̄  
homo ipsam dei veritatem non credit. Odiū vero dei,  
ex hoc, q̄ voluntas hominis ipsi diuinę bonitati con-

Prædesti-  
natio.  
Gregor.

Infidelis-  
tas.

## DE BON. DIVIN. LIB.III. Fol. 276

terriarum. Desperatio autem ex hoc, quod homo non sperat se  
bonitatem dei participare. Ex hoc patet quod infidelitas  
& odium dei sunt contra deum, secundum quod in se est. Despera-  
tio autem secundum quod eius bonum participatur a nobis. Vnde ma-  
ius peccatum est (secundum se loquendo) non credere dei ve-  
ritatem, vel odire deum, quod non sperare conseget gloriam  
ab ipso. Sed si comparatur desperatio ad alia duo pecca-  
ta ex parte nostra, sic desperatio est periculosior.  
Quia per spem reuocamur a malis, & introducimur ad  
bona psequeunda. Et ideo sublata spe, irrefrenate ho-  
mines labuntur in vitia, & a bonis laboribus retrahun-  
tur. Vnde super illud Prouerbius. Si desperaueris, lapsus in die Proverbi. 24  
angustie, minueris fortitudo tua, dicit Glossa. Nihil est  
excerabilius desperatione, quod qui habet, & in genialibus  
huius vita laboribus, & quod peius est, in fide certami-  
ne, constantiam perdit. Et Isidorus dicit in lib. de sum. Isidorus.  
bono: Perpetrare flagitiū aliquod, mors animae est, sed  
desperare, est descendere in infernum. Hec propterea  
referre volui, ut isto piculo tempore, animae vestre  
fratres euigilent contra peccata infidelitatis & despe-  
rationis. Sicut autem desperatio contraria est spei per defes-  
tum, ita presumptio contraria est eidem per excessum, in  
eo quod aliquis sperat se veniam obtinere sine peniten-  
tia, vel gloriā sine meritis. Et talis presumptio videtur  
origine directa ex superbia, ac si ipsi tanti se aestimet, quod  
etiam eum peccantem deus non puniat, vel a gloria exclu-  
dat. Et haec presumptio est proprie species peccati in  
spiritu sanctum quia. scilicet per hunc presumptionem tollitur  
vel contemnit adjutorium spiritus sancti, per quod homo reuoca-  
tur a peccato, de qua in Ecclesiasticis. dicit: O presumptio pes Ecclesiast. 5.  
sima, unde creata es? Ois quod motus appetitus quo con-  
formiter se habet ad intellectum falsum, secundum se malus pugio.  
est & peccatum. Presumptio autem est motus appetitus,  
qua importat quandam spem inordinatam. Habet autem se co-  
formiter intellectui falso, sicut & desperatione. Sicut  
enim falsum est, quod deus penitentibus non indulget, vel

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

quod peccantes ad pœnitentiam non conuertat, ita  
falsum est, & in peccato perseverantibus veniam cō-  
cedat, & à bono cessantibus opere, gratiam largiatur  
Cui existimationi conformiter se habet præsumpti-  
onis motus. Et ideo præsumptio est peccatum, mis-  
nus tamen quām desperatio: quoniam magis propri-  
um est deo misereri & parcere, quām punire, prop̄  
eius infinitam bonitatem. Istud enim secundum se  
deo conuenit, hoc autem secundum nostrā peccata.  
Charissimi cum vera pœnitentia & bonis operibus  
innitamus secure super diuinam misericordiam, nul-  
lo modo de ipsa desperantes, & tendamus ad æter-  
nam vitam, & absq; vlla hæsitatione salui erimus.

**Tropologia candelæ quæ hoc festo  
portatur & de Christi sex oblatio-  
nibus. Exhortatio XIII.**



Blatus est, quia ipse voluit. Iiāz 53. Cū  
voluntas in rationali vel intellectuali  
natura principium sit actionis, vt ostē-  
deret d eus quod'non acasū & præter  
intentionem suam bonum nostrum ab  
ipso esset, expressit voluntatem suam  
tam in opere creationis, quām etiam in opere redem-  
ptionis. De primo dicit sanctus Iacobus: Voluntarie  
genuit nos verbo veritatis, vt sumus initium aliquod  
creatūræ eius: Genuit, id est, creauit, iuxta illud: Iiāz  
sunt generationes cœli & terræ, in die quando crea-  
tæ sunt. De hac dei voluntate scribit Apostolus Ephes-  
ijs, dicens: Deus operatur omnia secundum consili-  
um voluntatis suæ. Hac voluntate dixit: Faciamus  
hominem ad imaginem & similitudinem nostram.  
De secundo, in verbis thematis: Oblatus est, quia  
ipse voluit. Per hoc etiam voluit nos imbuere deus,  
vt voluntarie & nos (quasi vicissitudinem redden-:

Iacob. 5

Genesi. 2

Ephesi. 1

Genesi. 1

tes) sacrificemus ei. Quæ enim sine voluntate fiunt,  
non sunt censenda opera humana, nec ullius meriti.  
Similiter nec ea quæ inuoluntarie fiunt. Itaq; charis  
simi fratres, sicut hodie in missarum solennijs circui-  
re debemus, & accensam candelam manibus gestare  
& per manus sacerdotis offerre, ob recordationem il-  
lius processionis & oblationis quam fecit virgo ma-  
ter, Christum dominum verum lumen, per manus se-  
nis & iusti Simeonis deo patri offerendo: ita inquam  
& nos quod specie gerimus, rerum veritate teneam⁹  
& impleamus, & voluntarie nos offeramus. Quid er-  
go species ista circuitus & oblationis innuit? Circui-  
tus monet, nos debere circuire inquirendo quæ sit  
voluntatis dei bona & beneplacens & perfecta, secun-  
dum quam nosipos offeramus oblationem deo in or-  
dine Carthusiano, & non in alio. Vnusquisq; enim  
monetur ab Apostolo, in ea vocatione qua vocatus  
est permanere. Non ergo alium ordinem circumeun-  
do inquirere debemus. Sed quia in ordine Carthusia  
no diuerfimode viuitur, scilicet per diuersa religiosa  
exercitia, diligenter vnusquisq; inquirere debet, qd  
sibi ad salutem magis conueniat. & deo magis placeat.  
Ne ergo cum contingat errare, candelam accen-  
sam & benedictam accipiat, hoc est, rationem benedi-  
ctam, id est spiritualem (quæ est vera benedictio) nō  
animalem, neque mundialem. Est enim sicut sapien-  
tia animalis & mundialis, ita & ratio. Sit ergo ratio  
benedicta, id est, spiritualis, & accensa sana doctrina  
vt luceat in operibus bonis, quæ per manus designā-  
tur. Candela enim non accensa mortua dicitur: sic ra-  
tio sine sana doctrina, & bonis operibus mortua est.  
Sufficient tamen bona opera virtualiter, in quibus  
etiam si raro sana doctrina illustrata resulgeat, sed nō  
habitualiter tantum. Habitus enim solum inclinat ad  
opus bonum, sed nō operatur. Operans vero ex inten-  
tione, si distrahitur, operatur tamen ex intentione

Roma. 12

1. Cor. 7

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

virtualiter. Illa ergo exercitia assumenda sunt, q̄ ratiō spiritualis & sacra doctrina illuminata suaderet: q̄ praecipue habetur ex imitatione Christi, cuius omnis actio nostra est instructio. Sane ea quae in Christi oblatione voluntaria seruata sunt, nos concederet in nostra oblatione obseruare, ut Christum in nobis fide & opere exhibentes, dum nosipos offerimus deo patri, suum filium obtulisse inueniamur. Primo a Bethlehem delatus est Iesus in Hierusalē, ideo Bethlehem reliquit. Bethlehem dicitur domus panis vel carnis (secundum aliam interpretationem quam Anthonus ponit) & insinuat nobis, quod in nostris exercitiis & oblationibus debemus curam carnis relinquere, vel etiam panis, illius scilicet cuius facetas Sodomitis causa extitit peccati maximi, ut est in Ezechiele. Filii quoque Israhel nunquam Aegyptum reliquisserunt, si solitudinem habuissent, aut curam quid in deserto commesturi erant. Et quandocumq; curam carnis, vel panis habuerunt, semper grauiter offenderunt, & puniti fuerunt. Multo grauius nos offendemus, si de cibis corporalibus non secundum rationem spiritualem, id est, propter naturā necessitatem, sed secundum rationem animalem & sensualem, id est propter voluptatem & curiositatem curā carnis habere voluerimus, quibus sine solitudine dominus panē. i. omnem cibum, & omnia necessaria transmittit. Malis filiis Israhel non erant simplici cibō contenti. Maria vero mater dñi curam carnis non fecit, sed totam spem suā in suo dulcissimo filio Iesu collocavit. Idcirco cibata, vestita, custodita fuit ab angelo, a sancto Ioseph, & a beato Iohanne. O q̄ vtile est se totū iactare in dño, & ob eius dilectionem nil de se curare, hunc angeli attendunt, sancti adiuuant, deus sollicite curat. Secundo oblatus est Iesus a patribus suis. i. a patre deo, a matre homine, & a patre puratiuo. Sed quia opera sanctissimæ trinitatis sunt

Gregor.

Ezech. 15

Numer. 12

DE BONI, DIVIN. LIB. III. Fol. 278

indivisa, idcirco singulae personae Iesum obtulerunt.  
Sic in nostris exercitijs & oblationibus pater nos dirigat per sp̄ē constantē, ne in ipsis per quancūq; tentationē deficiamus, aut ab arrepto proposito Carthusiano, desiderio aut voluntate, aut fuga recedamus.  
Filius vero verbū dei nos dirigat per sua sancta cō filia, ne eremus. Sp̄ūs sanctus nos etiā dirigar, purificando ab omni inordinato affectu, in motu exercitiorum. Ferat nos deniq; purissima virgo Maria in exercitijs nostris, id est, pura intentio, & non maculata vel mixta, ita q̄ nullus respectus nos ducat, sed solū gloria dei, quā super omnia & in omnibus quererē debemus, quia tenemur deū super omnia diligere. Ioseph aut̄ nos portat in exercitijs, qñ de bono in me lius semp accrescere (scđm nominis illius interpretationē) curamus. Tertio Iesus q̄ oblatus est, fuit Christus, sic Christianus Carthusianus Christus sit in suis exercitijs imitatione virtutū. Sit humilius vt Christus, sit patiens & mitis vt Christus, sit paup vt Christus, sit charitatius & benignus vt Christus. Sic per singulas virtutes ascendat ad Christum, quatenus p̄ similitudinem factus Christus, oblatio de seipso facta, accepta fit deo tanq̄ Christi. Quarto Iesus oblatus est in tēplo in Hierusalē. Sic Carthusianus in templo seipsum totū in sanctis exercitijs offerre debet, in laudibus diuinis p̄seuerādo, & nō excurrendo, vñ se absentando, ibidē vigilāter voce q̄ virili cantādo nec aliud aliud tūc opando, nō libros voluendo, aut devotionalia inspiciēdo, & similia agēdo, qā iuxta scđm Bern. )sp̄ūs sanctus gratū nō recipit, qcquid aliud q̄ debes, neglecto eo qđ debes, obtuleris. Videat ea. 39. pri. par. antiquor. parag. 2. In his est magnus defect⁹ apd nōnullos. Itē in sacro tēplo debet Carthusianus ceremonialia deū honorare, deū adorare, sacrī meditationib⁹ insistere, sacri altaris hostias deuotiss. imolari, neminem irritare. Et hæc fieri debet in Hierusalē

Deuter. 6

D<sup>r</sup> PETRI LEYDIS CARTHVS.

interpretatur visio pacis. Videatur ergo in pura conscientia pax, habeatur cum deo non deceptoria pax teneatur cum fratribus in conuersatione pax, optet ea quae habebitur in beata vita pax. Sic fiet, ut sit cū Carthusiano pacifico ille, cuius factus est in pace locus. Sic vixit in templo gloria dei genitrix semper virgo Maria. Sed postquam materiale templum relinquit, semper in spirituali templo remansit. Vbi enim deus, ibi templum dei. Sicut vbi Papa, ibi Roma. Semper ergo in templo erat, quia semper cum deo erat. Deum concepit, deum generauit, deum nutritum deum hodie in templo deo obtulit. Sine praesentia dei filii sui viuere non valebat. Vbi Iesus, ibi Maria In nuptijs virgo spiritualissima atque purissima erat, quia Iesus ibi erat. Sub cruce verecundissima virgo, & contemplationis magistra, in tumultu populorum & turbarum erat, quia in cruce Iesus erat. Et multo magis ibi Maria, vbi Iesus ambulabat, vbi prædicabat, vbi orabat, quantum decebat & expediebat.

¶ Quinto Iesus hodie per manus senis, iusti, & timorati Simeonis deuoti in orationibus suis, & spiritu sancto pleni deo oblatus est. Hic Simeon est forma omnium offerentium munera deo, vt sint obedientes, iusti, timorati, deuoti, & spiritu sancto pleni. Sed forte offerens in his deficit. Offerat ergo exercitia & ablationem Carthusianus pauper spiritu, per manus, id est, per auxilia & consilio seniorum iustorum & deuotorum, præcipue prælatorum suorum, qui sunt Simeon per interpretationem nominis, id est, obedientes, propter obedientiam eis commissam circa curā animarum. Sic fecit gloria dei genitrix semper virgo Maria. Ipsa quippe paruula existens, parentibus obediuit. Puella facta antiquo templi sacerdoti obtemperauit. Deinde vero suo sanctissimo Ioseph, & plenissime secundum omnem modum domino Iesu Christo filio suo, & uniuersali ecclesiæ

Subiecta erat. Ipsa etiam totum Christum in manib⁹ & potestate Simeonis obtulit. Sic etiam Carthusianus totum se offerre debet deo per manus sui superioris. Non licet hic facere fraudem, deus non irridet, non fallitur. Ipse munus & cor offerentis plene insuetur. Fratres: Modicum fermētum totam maslam corruptit, Sic modica proprietas, & modica inobedientia & incontinentia, & carnalitas & mundanitas, & statutorū transgressio in genere peccati mortalis (sed non venialis) totam professionem & oblationem deo abominabilem reddit, ut patet de multis, qui & si statum religionis cum devotione assumperant, quia tamen totum se deo non dederant, totū amiserunt. Hi computantur cum Iuda, & Anania, et Saphyra, & Simeone mago, & cum omnibus religiosis simulatis. Sexto in oblatione domini Iesu oblati sunt par turturum, vel duo pulli columbarum, ad inueniendum quod Carthusianus se & sua exercitia offerre debet in charitate & castitate, & calijs virtutibus et conditionibus, quae in illis auibus per sua naturalia significantur. Debet etiam se redimere, sicut Iesus fuit redemptus quicq; scilicet id est, mortificatione quinque sensuum pro redemptione peccatorum aīx suæ. Septimo, sicut in oblatione pueri Iesu Simeon ex hilaritate cecinit iubilans: Nunc dimittis, &: Lumen ad reuelationem gentium. Et sancta Anna occurrit confitendo, domino, & loquendo de Iesu omnibus q; expectabant redemtionem, sic ex oblatione Cartusiani præscripta, sequetur haud dubium læta & prōpterea obedientia, deuota & integra humilitas, pax cordis, lumen veræ sapientiæ, & occurret abundanter gratia dei cum confessionibus & laudibus, cum illuminationibus, & reuelationib⁹ & tandem sequetur redemptio à p̄senti miseria, & succedit æterna gloria.

## ASSVMPTIO MARIAE.

D<sup>o</sup> PETRI LEYDIS CARTHVS.

Titulus Quartus.

**M**aria quomodo sit ciuitas dei, eiusdemq; XIII. proprietates. Exhor. I



Loriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Psal. 86. Quamuis hæc verba ad literā dicantur de gloriola ecclesie, congruētissime tñ applicari possunt & exponi de gloriola ciuitate, in qua deus gloriae habitare dignatus est. De gloriola inquā matre & virginie Maria, q̄ est nobilissimum mēbrum ecclesie, quā rex gloriae hodierna solennitate super oēs gloriosos spūs cœlesti gloria glorificauit. Quæ aut̄ sunt illa gloriola, q̄ de matre dñi in qua tanquā gloriola ciuitate requieuit rex gloriae, dicta sunt, breuiter pro veneratione tantæ solennitatis tangam & vestra charitas patienter audiat obsecro.

**A**d gloriolam ciuitatem requiritur, primo quod sit bene fundata, ut fundamentum ædificio correspōdeat. Aedificium vero spirituale crescit quo usq; peruenientia vsq; ad conspectum dei, quod valde excedit humanam fragilitatē. Ergo necesse est quod fundamentum profunde iaciatur, quod sit per humilitatē, quæ est profunda cordis ante conspectum diuinę maiestatis inclinatio. Hęc virtus excellentissime fuit in Maria. Vnde dicit Ambrosius: Humanum sensum & intelligentiam excedit Mariæ humilitas. Ideo ait: Bernar. Nunq; sup choros angelorum ascendisset, nisi se ultra oēs hoies humiliasset. Quia dicit Am. Quanto quis abiectior sit in hoc seculo, tanto magis exaltatur in futuro. **S**ecundo quod sit bene murata. Murus spiritualis est castitas, q̄ mentē custodit à cogitationibus carnalibus delectabilibus cum cōsensu, & ab omni inquinamento corporis & gestibus lascivis prouocantibus. In Maria vero fuit purissima virginitas, cū superstupenda fecunditate prolis, super oēm castitatem, ipsa exemplū castitatis omnibus pra-

XIII. quæ ad gloriolam ciuitatem requiriuntur.  
I.

Ambroſi.  
Bernard.

Ambroſi.  
II.  
Murus spiritualis,

DE BON. DIVIN. LIB.III. Fol. 283

buit, prima virginitatis votū emittens. In alijs licet pulcherrima est, non concupiscentiā, sed castitatem prouocavit. ¶ Tertio quōd sit munita turribus. Hoc sit in spū per charitatē. Notandū est aut, quōd charitas tria facit in nobis. Primo nos & nostra deo vnit, & virtutes viuificat, atq; conglutinat, & sic per uniuersam spūalem strueturam diffundit, q; sine charitate nulla est vera virtus. Et designat p oēm id quod in structura ciuitatis vnionē importat, sicut sunt cæmentū, clavi, & hmōi. Scđo charitas nos ab hoste defendit, & sic signat p turres. Tertio ingressum deo ad nos parat, & egressum nobis in deū, & sic signat per portas. Beatissima yō dei genitrix hāc virtutē i summo habuit, vt patet p V. Albertum, qui ait: Charitas Albertus. Mariæ fuit maior adhuc in via, q; charitas omnis creaturæ, q; ad substantiā, sed nō q; ad actū. Modo vero in patria est maior, etiā q; ad actū. ¶ Quarto, regris p IIII. ciuitas sit diues. Maria erat diues p paupertatē, scđm Alber. Paupertas mētis potius q; sensus facit hoīem diuitiē. Nō est eñ aliquid pauperius nihilo. Ois autem creatura ex se nihil est, in deo aut vita est. Ergo q; in creatura nō gescit, sed cū deo vnit, diues est, & q; magis est ditionis, & q; maxime, est ditissimus. Sic fuit in beatissima virgine Maria. ¶ Quinto p sit bene custodiata. Hoc fit ipsūaliter per discretionē, q; in Maria specia liter fuit, vt nec à medio virtutū vel in minimo desuauerit, ex cōmuni sententia doctoř. ¶ Sexto p sit libera. Mater yō dñi fuit libera ab omni peccato. Vñ VI. ait Aug. Cū de peccato agit, de Maria, nullā volo, pr̄sus habere mētionē, q; sc̄imus qd illi plus collatiū est August. gratiē ex omni pte vincēdi pctrū, q; concipere & parere meruit eum quē nullum constat habuisse peccatū. ¶ Septimo p sit pacifica. Mater dñi in seipsa pacifica fuit, q; caro sua mundissima nullā sibi ad peccādū molestiā intulit. Mundus eā non delectabat ad majū Dēmones etiam eam non tentabant, sed fugerunt.

III.  
Charitas  
tria facit  
in nobis

V.

August.

VII.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Eusebius. Vnde Eusebius: Dæmones magis terrentur Mariæ patrocinio, quam suo supplicio. Ipsa etiam alijs pacem fecit, offerendo suum dilectissimum filium pro humani generis reconciliatione. Vnde est illa beatitudine: Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Ipsa autem & matris nomen promeruit.

VIII.  
Albertus. Octauo requiritur ad gloriosam ciuitatem, quod sit pulchra. Maria vero secundum Albertum, in natura ralibus tamen intrinsecus quam extrinsecus, quam enim etiam in facie, fuit pulcherrima. In gratiis excedit omnes sanctos, quia ex quo in gloria (quæ est perfecta gratia) excedit, ergo etiam in gratia, per quam gloriam meruit. In gloria excedit, quia si ceteri iussum fulgebunt sicut sol, qualiter ipsa fulgebit? Si serui & ancillæ Christi, quid mater eius?

Matth. 13  
Anselmus. Vnde in generalibus delitiis excedit omnes sanctos, quia iucundius gaudet clarus lucet, & nobilior viget, quæ tria sunt generales delitiae cœli, secundum Augustinum. Ergo est pulcherrima. Cum etiam secundum Anselmum, ea puritate niteat, qua maior sub deo intelligi nequit.

IX.  
Prouer. 32. Non ad gloriosam ciuitatem spectat quod ad eam pauperes regium habeant. Sic ad Mariam oculi pauperes peccatores securum accessum habent, consolatione plenum. Ipsa est eleemosynaria dei, non est tenax nec auara: immo manus suas aperit inopi, & palmas suas extendit ad pauperes. Ideo diuina misericordia commisit misericordissimæ matri nostræ ministerium salutis nostræ, secundum Augustinum.

Bernard. Bernardus: Nil nos habere voluit, quod per manus Mariæ non transiret, si quid salutis & gratiæ habemus ex ea nouerimus redundare. Ideo hortatur beatus Hieronymus. In omni opere quo quis exercetur, Mariæ gratia inuocetur. De quo sanctus Augustinus presumens ait: Scio me non posse perire, præ nimia pieitate Mariæ.

X. Decimo requiritur quod sit ciuitas populosæ, la-

DE BON. DIVIN. LIB. III. Fol. 282

Maria omnes domus, vici, & plateæ plena sunt populi,  
quia potentia animæ, vires, iensus, intellectus, vo-  
luntas, &c. plena sunt virtutibus. Hieronymus: Nul-  
lo genere virtutum vacuit, cui angelus plenitudinē Hierony.  
gratia promisit. Bernardus: Vt inām mihi tot essent Bernard.  
linguae, quot stellæ cœli, & omnes possem in laudem  
conuertere genitricis dei, nec nimiam eius exprime-  
re valerem virtutem.

CVndecimo quod sit irrigua aquis. Maria est ple- XI.  
na fontibus gratiarum. Vnde Gabriel: Ave gratia plena Lucæ &  
scilicet in naturalibus gratuitis, & in gloria. Et Ber- Bernard.  
nardus: Maria est tāta, vt nullus sanctorum sit gra-  
tior, imo excedit gratiam omnium sanctorum.

CQuodciuso quod ciuitas abundet. Mar'ia abun- XII.  
dat secundum venerabilem Albertum, in multitudi-  
ne miserationum. Abundat etiam in gratia, vt prædi-  
ctum est. Et in gloria. De qua Augustinus. Si omnis  
nostrum membra verterentur in linguas, minimam scintillam gloriae suæ, scilicet Mar'ia, non possemus  
explicare. Vnde etiam dictum Damasceni verum est Damasce.  
scilicet quod a nullo illustrium vincitur.

CTertiodecimo requiritur ad gloriosam ciuitatem XIII.  
quod sit sita in alto. Maria altissime super omnem crea-  
turam sita est in celis. Et semper in alto sita fuit  
per excellentiam priuilegiorum, in tantum quod alti-  
us locari non posset, nisi fieret deus, testis venerabi-  
li Alberto. Est enim virgo perpetua, & mater dei, hoc Albertus &  
vnicum priuilegium ad eo eam exaltat, quod cuncto-  
rum sanctorum merita & dignitates (quamquam mi-  
rabilia de diuersis sanctis legantur) velut sol lucem  
stellarum occultat. Non enim ambigimus omnipotē-  
tem & sapientem & bonum dominum & deum oim  
eam præ cæteris omnibus suis gratijs & donis ornaſſe,  
& meritis dorasse, quam suam voluit esse genitri-  
cem. Quam quia nostram in celis voluit esse aduo-  
catam & matrem, debemus sicut boni filij eius esse

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

memores, eius ruminare excellentias & dignitates, ius vestigia pro posse imitari, sicut & Christi. Arti us parentes diligunt filios quos sibi intuentur similes, & ad obtēperandum beneplacito suo respexerint promptiores. Quod charissimi ut facilius impetremus, oremus: Deus qui beatam virginem Mariam ab omni peccato immaculatam conseruasti, innumeris gratiis ornasti, excellentissimis donis & meritis datus, spiritu sancto impregnata tuum filium tibi cōsubstantiale sine virginitatis dispendio cum maximo gudio parere ordinasti: imitatione perfecta visitæ eiusdem Christi filii tui sublimasti, singulari in compassione dilecto filio tuo & suo compati tanquam spes ciali martyrio condonasti, eius quoque resurrectione succundissime recreasti, & post longa amoris suspiria hodierna die in anima pariter & corpore super omnem puram creaturam sempiterna gloria in celis coronaisti, concede nobis eius intercessionibus veniam peccatorum, gratiam adoptionis & imitationis Christi filii tui, ac plissimam matris eius tanquam verorum tuorum filiorum profectum virtutum, ac bonorum mox, & post hanc vitam statim in æterna beatitudine societatem felicem intrare omnium sanctorum.

¶ Beatae Mariæ Assumptio quō & quibus fuerit admirabilis. Exhortatio II.



Vix est ista, q̄ ascendit de deserto delitiis affluens innixa super dilectum suum. Cantic. 8. Admiratio est de te magna & insolita, præcipue si fuerit sola. Idcirco cum assumptio fragilis sexus feminei in anima & corpore fieret, & facta sit super omnes ordines angelorum, merito dignum erat quod de hoc angelorum celstido admirans, & nos homines usq; in fine mundi admirantes, de te & insolita & magna in sola femina, q̄ nec similem

## DE BON. DIVIN. LIB.III. Fol. 282

antea nec habere sequentem promeruit, diceremus: quæ est ista quæ ascendit de deserto delitijs affluens innixa super dilectum suū? Quapropter dicit beatus Bernard. Generationem & assumptionē Mariæ quis enarrabit? Quod si oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, q̄ pr̄parauit deus diligentibus se, qd tunc pr̄parat deus dignenti & p̄ omnibus diligenti se? Et quis hoc eloquetur? Itaque non immerito sancti angeli congaudentes gloriose virginis, admirātes glorificationē eius, dixerūt. Quæ est ista? non p̄ ignorarent q̄ esset, sed more humano( quæ seruat semp̄ sacra scriptura) interrogabāt. Si cut dicimus qn̄ alicui aliquid magni accidit. Quis es tu? Quemadmodū dixerunt de Saule. Quæ nā res ac cedit filio Cis? & quis est pater eius? & cæ. licet bene omnia scirent. Et quia ea q̄ acciderunt Mariæ fœminæ simplici excedunt omnem admirationem & laudem, merito fecerūt angeli sancti admiratiuam quæ sitionem. Et nos congaudentes beatæ & gloriose virginis eandem faciamus, dicentes: Quæ est ista? & cæ. An non sit mirabile quod ipsa virgo deum infinitæ maiestatis & gloriæ, immortalem, omnipotentem, et totius orbis dominatorem (virginitatis gloria p̄manente) concepit & genuit ad mortalitatem, infirmitatem, & seruitutem? Et qd Christus rex angelorum tam reverentiam impendit fœminæ (iā iuę matri) ut super se inniti p̄mitteret, & super oēs choros angelorum extolleret? Merito ergo cū sanctis angelis miramur, dicentes & cantantes: Quæ est ista quæ ascendi p̄ desertū sicut virgula fumi ex aromatibus myrræ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarī? Ascēdit nēpe hæc virgo de hoc neq̄ seculo sicut virgula diminutiue dicta, propter virtutē humilitatis. Nunq̄ enim scdm sancti Bernardi sententiā, super oēs choros angelorū ascendisset, nisi sup̄ oēs se, vel sub omibas, hoc est, magis quā omnes se humiliasset. Erecta

Bernard.  
Isaiæ 64  
1.Cor. 2

x. Reg. 10

Bernard.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

tamen extitit per maternalem dignitatem, & alte  
ascendit, per dei contemplationem, sicut virgula fu-  
mi ascendit & exaltaf, confecta ex aromatibus myr-  
rhæ, per sensuum mortificationem, & thuris per os-  
doriferam orationem, & vniuersi pulueris pigmenta-  
rii, per omnium virtutum & gratiarum pfectio-  
ne, quæ fit à pigmentario, id est, à spiritu sancto, qui est  
omnium bonorum artifex. Sed quis responde-  
bit nobis quæ nam hæc sit? Ipse plane propheta Isaïas  
as respondet: Hæc est virga de qua dixi, imo spiritus  
sanctus per os meum: Egredietur virga de radice Ies-  
se, & flos, id est Christus, de radice eius ascendet.  
De qua virga sanctus Bern, sic ait: O virgo virga sub-  
limis, in quam sublime verticem sanctum erigis, quia  
vsg ad sedentem in throno, vsg ad dominum maiestatis.  
O virgo, vere planta es cœlestis, preciosior cū  
etis, sanctior vniuersis. O vere lignum vitæ, quod  
solum dignum fuit portare fructum salutis æternæ.  
Hæc etiam secundum beatum Augustinum est mater  
dei, regina cœli, porta paradisi. Ex quo igitur est ma-  
ter dei, debuit (secundum Damascenum) sublimari ad  
filium, sicut filius ad eam descenderat. Ex quo est re-  
gina cœli, debent ciues cœlestes eam suam reginam ha-  
bere, qui habent & regem. Ex quo est domina mun-  
di, & porta paradisi, debent homines deuoti, qui ca-  
lumniam patiuntur, à diabolo insidiante, à mūdo fal-  
lente, à carne seducente, appellare ad eam tanquam au-  
gustum, & miserebitur, quia mater est misericordiæ.  
Quod si iustitia diuina clausisset cœli portam, tamen  
recursus est ad eam, quia porta paradisi est. Nec clau-  
detur hæc porta, quo minus per eam pateat ingre-  
sus ad paradisum & æternam vitam per villam repul-  
sam, in qua nitent tantæ charitatis & amoris insi-  
gnia, Ostendit quippe filio pectus & vbera. Singula-  
ri enim materno amore diligit hæc mater (præ cæte-  
ris parentibus) filium, quia aliorum parentum amor

Isaïæ 11

Bernard.

diuiditur in patrem & matrem. Hæc vero sola parens  
est, idcirco perfectior amor. Est etiā in ea amor mu-  
tuus maximus. Inquit enim Ambrosius: Nihil sic in Ambroſi.  
ſertum est menti humānæ, quām reamare amantem.  
Cum ergo hæc sanctissima & iustissima virgo ſciret  
ſe à deo vltra omnem puram creaturam plus dilectā,  
eo plus reamabat. Propterea excellentissimam chari-  
tatem & amorem præ cæteris in ea conſiderantes, re-  
ete sancti angeli admirantes dicere poterant, & nos  
cum iþis. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi auro-  
ra confurgens pulchra vt luna, electa vt ſol, terribi-  
lis vt caſtorum acies ordinata? Aurora eſt iucunda  
viſu, luna mutat, ſol perfecti eſt decoris, acies caſtro-  
rum eſt terribilis. Sic beata virgo iucunda facta eſt  
hodie omnibus electis, mutata eſt in carne à corrug-  
atione & immortaliitate, perfecta in felicitate & glo-  
ria, terribilis vero dæmonibus & peruerſis homini-  
bus. Huic quæſtioni rpondeſt psaltes Dauid: Hæc  
eſt illa de qua dixi: Aſtitit regina à dextris tuis, in ve-  
ſtū deaurato, circundata varietate. Aſtitit enim, qa  
nunquam cecidit per aliquod peccatum. Aſtitit à de-  
xtris, quia in potioribus bonis gloriæ vltra omnem  
puram creaturam, in veſtū deaurato, id eſt, fulgida  
charitate, circundata varierate, id eſt, priuilegio omni-  
um sanctorum, quorum omnium perfectionem obtinet  
in cœlo. Propter dignitatē maternalem predictam  
ascendit hodie gloriola virgo mater, glorificata in  
anima & corpore. Quod admirantes sancti angeli,  
dicere poterant, & nos: Quæ eſt iſta quæ ascendit de  
deserto, delitijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuū?  
Mirandum reuera eſt, quod de deserto mundi huius  
immunis à peccatis, & integra cum anima & corpo Deuter. 8  
re ascendērit. De quo deserto dicitur in Deuterono-  
mio: Duxit fuit dominus deus tuus in ſolitudine, in  
qua erat ſerpens, flatu adurens, ſcorpio & diſpas  
Per ſerpentem designatur diabolus, qui flatu ſuper,

Psalm. 44

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

biz & inobedientia, & obstinatione( quibus ipse plenus est) adurit corda hominum, à cui⁹ mortu⁹ nemo curari potest, nisi aspiciat serpentem æneum, id est,

**Matth. 12** Christū, q̄ fuit humili⁹ corde & obediens patri vſq;

**Philip. 2** ad mortem crucis, & ducibilis sicut ouis. Per scorpiā

onem, qui primo blanditur, & postmodum pungit, Dipsas ser designat delectatio carnalis. Per dipsas( q̄ latine dicitur situla, & quē ūq̄ momorderit, is fit perit, adeo

parsua, vt cum calcatur non videatur, cuius venenū

ante extinguit q̄ sentiatur, nec tristitia sentit mori

turus) signatur avaritia & proprietas in religiosis, q̄ avarus & proprietarius semper sitit, & in paruis reb-

etā contrahitur, & animam occidit sine tristitia ans-

te q̄ aduertatur. De ijs tribus nō possunt se cauere ho-

mīnes, quin interdum saltē aliquātulum pungantur.

Sola hæc regina gloriæ intacta & incuinata, a-

scendit delitijs affluens. Delitijs fruitur gñalibus &

cōmunitib⁹ omnibus beatis & specialibus quibusdā

& singularibus nonnullis in excellētissimo gradu,

q̄ scdm Damascenū, à nullo illustrium vincitur. Alij

siquidem habent vltra cōmunem beatitudinem aure

olam. Hæc aut̄ coronā duodecim stellarum. Alij in-

duuntur vestibus albīs, hæc est amicta sole. Alij gau-

dent de virginitate, hæc vero de virginitate & fecū

ditate. Alij sequuntur agnū quoquā ierit, hæc aut̄

innixa est super dilectum filium suum quē genuit. Id

circo merito dicimus cum angelo: Quæ est ista quæ

ascendit de deserto, delitijs affluens, innixa super di-

lectum suum? Cui quæstiōni respondeat ipsa virgo

beata dicatq; Nolite mirari. Deus iustus qui retribuit

vnicuiq; iuxta opera sua. Ego dilectum meū in vte-

ro meo alii, eundem peperi & nutriui, perfectissime

imitata sum eū in terra. Ideo nūc plenissime cōfide,

do innitor ei, & om̄ibus delitijs eius affluo in cœlo

¶ Nonnulla in diuino officio, ex sacra

**Apocal. 3**

**Apoc. 14.**

**Cantic. 8**

Scriptura beatæ Mariæ applicata  
elucidantur. Exhortatio III.

**I**N plenitudine sanctorum detentio mea . Ecclesi.  
24. Aduertendum, quod plenitudo q̄liq; designat  
perfectionem numeri, vt patet ad Rom. vbi dicit **Rom. xi**:  
Si delictum eorum diuitiae sunt miseri, & diminutio  
eoz diuitiae gentili, quanto magis plenitudo eoz. i.  
magnus numerus coris? Qñq; designat plectiōem rei  
vt patet in Apoc. vbi dicitur: Non enim inueni opera  
tua plena, i. pfecta. Et istis duobus modis sancti non-  
dū sunt pfecti, nec est plenitudo eorū q; nec numer  
sanctorū in celis plenus est, nec ipsi ī ibidē existen-  
tes pfecti sunt, donec corpora sanctorū cū animab;  
glorificata fuerint. Sed q; certissime utrāq; plenitudo  
sanctorū futura est, & impetuū duratura, ppter certi-  
tudinē, dicit gloria dei gen. In plenitudine sancto-  
rū detentio mea. Sicut dicit in Psal. ex persona Chris-  
tii. Foderū manus meas , de futuro loquēs tanq; de  
pterito, ppter certitudinē, pphetiæ. Vtrāq; tñ sanctos  
rū plenitudinē in seip̄a beata dei gen. possidet iā ani-  
ma & corpore glorificata, & impleta sunt in ea yba li-  
bri Sap. Omnia in mensura & numero & pondere di-  
spoluisti. Corpus q̄ppe eius habet omnia mēbra, & os-  
sa & organa, &c. Et hæc habet debitā mensurā, i. de-  
bitā, pportionē. Et habet debiti pōd⁹. i. rationē q̄re  
s. sic creata sunt, & habet yutē & actionē, &c. q; sunt  
pondus. Habet etiā corpus certas dotes. s. incorrupti-  
bilitatē, impassibilitatē, agilitatē, subtilitatē, clarita-  
tē, &c. Et hæc habent mēsurā, & etiā pondus. i. ratio-  
nē, & virtutē, &c. Similiter dicendum est de virtibus  
animæ, & potentijs, & dotibus eius visione, tentiōe  
fruitione. Et hæc omnia beata Maria habet in supre-  
mo gradu, ultra oēm parā creaturā. Ergo bene dicit  
In plenitudine sanctorum, detentio mea . Possu-  
mus tamen dicere quod plenitudo quandoque

Apoc. 3

Psalm. 2x

Sapien. 11

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

designat perfectionem rei, non omnino dā, sed pro-  
ut nunc est. Sicut dicimus de amphora semiplena, q  
est ita plena sicut hesterno die fuit. Et de conuentu  
viginti monachorum si decem mortui fuerint, dici-  
mus de residuis decem, conuentus totus, vel plenus  
(quod idem est) præsens est, &c. Sic est gloriofa dei  
genitrix in plenitudine sanctorum, quæ scilicet modo  
in ecclis est. Sed nunc charissimi considereremus qualis  
ter glorioia dei genitrix adhanc plenitudinem r̄ sui  
quæ eriam aliorum peruenit, & secundum monita  
sancti Hieronymi in sermone hodierno, imitemur eā  
quæ plena ad plenitudinem peruenit, quia nullus ad  
plenitudinem sanctorum perueniet, nisi plenus. Est  
tamen diuersa plenitudo secundum vniuersitatem  
pacitatem. Magnum dolium dicitur plenum vino, &  
etiam semipinta dicitur plena. Sic Christus est plen-  
gratia, & Maria, & Stephanus, & Apostoli, & sic alij  
sancti. ¶ Notandum quod dominus Iesus æterna  
sapientia, verba de se scripta in Ecclesiastico, accom-  
mo davit benedictæ matr̄i suæ, ad loquendum nobis  
Dicit ergo in quotidianis horis eius (quæ designant  
diuersa tempora ipsius) non in matutinis (quæ dicuntur  
in medijs tenebris, & significant tempus qñ non  
dū erat cōcepta) sed in laudibus, qñ iā lux incipit ap-  
parere (quo tempore dici debent) & significant tem-  
pus qñ erat concepta in utero iam vtq; existens, sed  
nondum erat orta. ¶ Ego quasi vitis fructificauī  
suavitatem odoris. Odor vitis est gratissimus, pelleſ  
oia venenata. Fructus aut̄ eius lētificat deos & hoīes  
Sic mater dei ab hora conceptus sui optima opinione  
& fama respersit ecclesiam, & repulit oia venenata. i.  
peccata. Fructus aut̄ eius. i. dominus Iesus Christus,  
deos. i. angelos lētificat, & hoīes. Vel fructus eius  
sunt opera virtut̄, ex quibus tanquam ex floribus  
bonę actionis producuntur. Vnde subditur: Et flores  
mei fructus honoris & honestatis. Quia sicut dñs Ie-

Hierony.

Iohan. 1

Lucæ 1

Actu. 6

Actu. 2

Ecclesi. 27

Judic. 9

Capitu. ad

Laudes.

sus, ita & opera matris eius omni honestate plena sunt, & honore digna. Ad istud capitulum, & dictum gloriosæ virginis non habemus responsoriū, qā tantæ gratiæ & omnimodæ innocentia, & ubertati huiuscmodi fructificationis respondere non possum⁹. Responsoriū quippe, sicut in verbis continet propriam materiam laudis, ita etiam significat ex nomine quodd̄ tali materiæ respondere per imitationem debemus. Sed habemus veſiculum quo monemur tantā ac talē virginē admirando attendere dicēdo. Versus quippe vel versiculos in diuinis, & si habeat in verbis propriā materiā laudis, in nomine tñ gerit q̄ debeamus nos à distractionib⁹ ad deum, vel sanctos vel nosip̄os per attentionē conuertere. Hora prima, oratio iam sole. i. Maria edita, ipsa gloria dei genitrix gloria in dho de virtutibus & meritis, sibi & omnibus hominibus saluandis, necessarijs, dicens. Ego mater pulchræ dilectionis, &c. dicit se matrem virtutum, quia opa hoīs dicens filij eius secundum Angustiū super Psal. Dñe exaudi primū. Pulchræ dilectionis, quia eius dilectio est charitas, ad cuius compensationem ceteræ dilectiones sunt turpes, qā carnales vel seculares. Et timoris, qā timor reuerētialis & charitas sunt inseparabiles, quia quantum amas dñū, tantum reuereris vel times, & econtrario, Malus autem & inordinatus timor expellitur à charitate. Et agnitionis. i. fidei. Et sanctæ spei. Haec sunt virtutes theologicæ diuinitus infusa. Sequitur: in me gratia omnis virtus, scilicet moralis, p̄ virtutes morales ex dei gratia infusa. Vel per virtutes morales acquisitas industris rationis. Vnde subdit. Et veritatis. Quia nisi virtutes acquisitæ rationis & veritatis luce perfundantur, nihil sunt. Hoīs enim esse, est secundum rationē esse. Quapropter prudentia inter virtutes morales primatū tenet, q̄ est in intellectu pratico. Sequit⁹. In me oīs spes virtus, sc̄ beatæ. Quia spes est certa Spes quid

Capitulū  
ad primā.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

expectatio futura beatitudinis, venies ex dei gratia & meritis praecedentibus. Innuunt igitur in ijs verbis beatae dei genitricis merita. Sequitur: Et virtutis Quia in æterna beatitudine apparebit virtus, vel potentia eius, sicut & de Christo dicitur in Psal. Tcum principium in die virtutis tuae, in splendoribus sanctorum. Huic capitulo & dicto sanctæ dei genitricis, responsoriū canimus plenum laude, dicentes: Ave Maria gratia plena. Et per versum ad causam tantæ laudis vertimur dicendo. Dominus tecum. Deinde congratulantes beatæ virginis, gloriam deo dicimus. Per istud etiam responsorium innuimus q[uod] beatæ virginis per gratiam dei has virtutes, imitando respondere volumus. Et statim per versiculum ad eam admirandam vertimur, dicentes: Benedicta tu in mulieribus. Et benedictus fructus ventris tui. Hora tertia, q[uoniam] sol in altum proficit, q[uoniam] hora est spiritus sancto deputata, & illa hora venit in Apostolos, & profetum Mariæ significat, dicit beata virgo. ¶ In omnibus, scilicet virtutum exercitiis, requiem quæsivi, q[uoniam] in solo deo ponenda est. Vnde sequitur: Et in hereditate domini morabor. O quis digne excogitare potest exercitia huius virginis, quibus omnibus diebus & in templo domis tui aptabatur ad concipiendum filium dei de spiritu sancto. Cum autem esset aptata & dignificata per gratias, per virtutes, per merita, & o[mn]is spiritus sanctus operationem, tunc inquit, beata virgo, præcepit & dixit mihi ( scilicet per angelum suum ) creator omnis, & q[uoniam] creauit me, regeuit in tabernaculo meo, scilicet corporis primo, & postmodum domus. Hinc cantamus responsoriū, b[ea]tificando eam. Benedicta tu in mulieribus. Per versum vertimur ad causam t[er]cæ b[ea]tificationis. Et benedictus fructus ventris tui. Deinde gloriam deo dicimus. Per istud vero responsoriū respondemus q[uod] o[mn]is requiem nostram in solo deo ponimus: & eam in tabernaculo cordis nostri quotidie ( scilicet gracie )

Psal. 109

Capituli  
ad tertiam.

ptum eius ) quod est quieta conscientia, vt ibidē quā  
escere dignetur, imitando beatā virginem recipimus  
vt cū ea benedici mereamut. Et statim ad eā admiran-  
dam per versiculū vertimur, dicentes: Diffusa est gra-  
tia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æter-  
nū. Hora sexta qñ iam sol in axe cœli figitur, & per  
septionē vitæ virginis glorioſa representat, quā ha-  
buit conuiuenio filio suo scđm formā euangelij ho-  
dierni, cū Martha ministrando, & cū Maria contem-  
plando, dicit. ¶ Et sic in Sion firmata sum. i. in vita  
contemplatiua, qā Sion dicit speculatio, vbi erat tem-  
plum dñi, & ibidē morabant̄ religiosi, & offerebant̄  
mystica munera. Et in ciuitate sanctificata similiter  
regeui. i. in vita actiua, qā in ciuitate morabant̄ popu-  
lares fideles, deo seruientes in vita actiua. O quid fu-  
it Mariæ tot annis conuersari cū filio dei? ei necessas-  
tria ministrare tāq̄ mortali homini, secū log, sedere,  
ambulare, & defecretis eccl̄e & cœlestib⁹ tractare & cru-  
minare. Conuersabat cū filio suo & dei familiarissi-  
me, & ministrabat ei sine querela, imitatione Chris-  
ti pfectissima. Non est similis eius nec in terris, neq̄  
in celis. Sequitur: Et in Hierusalē potestas mea, hoc  
est, in celis post vitā temporalem. Hierusalē em̄ dicit̄  
pacis visio, q̄ promittitur in futuro. Quanq̄ adhuc in  
terrī existens, magna tñ potestatis erat inter ange-  
los ciues cœlestis Hierusalē. Sequitur responsorium  
laudis. Diffusa est gratia in labijs tuis. Et vers⁹ q̄ ver-  
timur attendere qd talē benedictionē pscriptā à deo  
accepterit, propter gratiā labiorū, qua prudentissime  
angelo respondit. Ideo sequitur: Propterea benedix-  
it te deus in æternū. Deinde gloriam deo reddimus.  
Responsorium cantantes, innuimus quod nos in vi-  
ta exercitare intēdimus, & gratiā labiorū deo & ho-  
minib⁹ loq̄ndo, seruare volum⁹, vt bñditionē à deo  
& hoībus cōseq̄ valeam⁹. Post hūc versiculū ad Mariā  
admirādāq̄ timur dicētes; Specie tua et pulchritudine

Cap. ad se-  
xtam.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

tua intende prospere, procede & regna. Hora nona,  
quando sol ab axe descendit, qua hora Christus exas-  
pirauit, & dormitionem glorioissimam virginis praes-  
tentat, dicit ipsa. Et radicauit in populo honorificato,  
scilicet in apostolis, & ceteris Christianis, scilicet  
per amorem, & cultum & laudationem atque affe-  
ctum proximum, quo mihi afficiuntur. Et in partes dei  
mei hæreditas illius, scilicet populi, quasi diceret, qui  
elucidant, amant & colunt me, vitam æternam habeb-  
ut. Vita æterna, id est, beatitudine habet partes, quia  
licet ipse deus indivisibilis sit obiectus ipsa beatitu-  
do, tamen ex parte beatorum ipsa beatitudo habet par-  
tes, quia est præmium essentialis & accidentalis, & unus  
quodcumq[ue] horum habet multas partes. Sequitur: Et in  
plenitudine sanctorum detentio mea, secundum mo-  
dum supra positum. O quanta iucunditas, quantaq[ue]  
iubilatio gloriose virginis fuit & permanet in æter-  
num, quando filius dei & suus cum plenitudine san-  
ctorum sibi occurrit. & in æterna gloria super omnes  
sanctos collocauit. Hinc responsorium decantamus.  
Specie tua & pulchritudine tua, propter ornatus præ-  
cedentes, superioris descriptos, siue species referatur  
ad dona naturæ, pulchritudo ad dona gratuita. Ses-  
quitur versus: Intende prospere, procede & regna.  
Quia ad tantam gloriam per spiritum sanctum mota &  
directa concurrentibus meritis nobilissimis, sine villa  
resistentia cum maxima & velocissima prosperitate  
ad regnum perpetuum procedere potuit. Et sicut co-  
gauimus angelorum chori gloriose virgini, ita & nos  
gloriam deo exoluimus. Per responsorium innuimus  
quod pro moduo nostro ad plenitudinem sanctorum  
cum vero ornatu tendere cupimus. Tunc demum per  
versiculum ad Mariam admirandam vertimur, dicen-  
tes. Adducent regi virginis ab illicitis, scilicet con-  
tinentes, post eam, quia ipsa præcedit omnes, ut o-  
mnibus salutem impetraret, Bernardus: Nil nos habe-

Bernard.

se voluit, quod per manus Mariæ non transiit. Si qd  
salutis & gratiæ habemus, ex ea nouerimus redundan-  
re. Sequitur: Proximæ eius afferentur tibi: Proximæ  
eius sunt, quibus secundum euangelij parabolam, mi-  
sericordiam suam imp̄ederit. Et qui sunt illi, nisi qui  
se illi proximos per virtutes & imitationem vita fe-  
cerint? Igitur charissimi, imitemur beatam & glorio-  
sam virginē, vt eius meritis & precibus adiuuari me-  
reamur, & quandoq; ad plenitudinē sanctorum per-  
uenire.

Lucr. 10

**¶ De actiū & contemplatiū vitā quali-  
tatis ac differentia. Exhor. III.**

**M**aria sedens secus pedes domini, audie-  
bat verbum illius, Lucr. 10. Sensus histo-  
ricus sancti euangelij hodiernæ solenni-  
tatis matri dei non congruit, cum sit de  
duabus foeminis Martha & Maria: sed  
tantum mysticus, quāvis historicus sit  
alias multum delectabilis & consolatorius. Ostendit  
enim earundem fiducialem ad maiestatis dominū fa-  
miliaritatē eiusdemq; domini erga easdem super  
mirabilem dignationem. Quæ intime considerata p̄o  
um animū sancto gaudio, deuotis oculos lachrymis  
fiducialibus cor mōrens solatijs replent. Quis enim  
non armabitur confidētia in deum, cum videat eum  
dignantissima inclinatione amicitia iunctum mulier-  
culis, etiā peccatricibus? Sed videte vnde placuerūt.  
Illa operando: ista quiescendo: illa discurrendo, ista  
sedendo: illa agendo, ista contemplando. Omnia ta-  
men in charitate & conscientiæ puritate. Sine fide Hebr. 11  
nāq; charitate informata, impossibile est placere deo.  
Et nulla (inquit Gregorius) bona à deo acceptantur,  
quæ malorum admixtione maculātur. Illa autē sunt  
quæ inquinant conscientiam. Non potest fieri, vt bo-  
na quæ operatur homo placeant, nisi prius ipse homo

Gregorius

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

homo placeat. Gregorius: Non placuit Abel ex munere, sed munus ex Abel. Sed istatum fccminarum, cuius actio erat Iesu saluatori gratiore. Utique sedentis, quiescentis, & contemplantis. Obtinet enim sententiam eius tanquam iudicis interpellati. Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea. Hæc sententia Carthusiensibus plurimum confert, & omniū in ipsos oculos attontos conuertit, ipsorumq; ex ea magnificantvniuersi. Sed solerter intuendum est q; secundum doctores, duplex est actio. Vna quæ constitut in exercitio virtutum moralium, scilicet humilitatis, vt humiliq; efficiatur, patientiæ, vt patiens fiat, obedientiæ, vt obediens reddatur. Et sic de singulis virtutibus, quib; in hac schola virtutum suis demus, si tamen fructuose hic habitamus. Et ista actio disponit ad contemplationem, & sine ea haberet non potest secundum Gregorium sexto Moralium, vbi ait: Qui contemplationis arcem tenere desiderat necesse est ut in campo actionis se proberet. Ratio est secundum philosophum sexto Physicorum, quia secundo & quiescendo anima fit sciens & prudens. Sedatis enim passionibus per virtutum exercitium, anima disponitur ad veritatis contemplationem. Id circa vana est contemplatio, vbi non præcessit, nec est virtutum exercitatio. Quod bene est notandum. Ideoque cella non est quib;dam paradisus, sed potius carcer, quod euenit non ex ordinis austerritate, sed ex profectus virtutum ex mortificationis tarditate. Quia tamen finis melior est h;is quæ sunt ad finem, & præfata actio ad contemplationem ordinatur tanquam ad finem, propterea contemplatio melior est hac actione. Alia est actio quæ sequitur contemplationem ex plenitudine eius descendens, ut est docere, & in regimine animarum laborare, & huiusmodi. De tali actione dicunt nonnulli quod est potior ipsa contemplatione, nec Christus loquitur de tali ac-

A&io du-  
plex.

Gregor.

## DE BON. DIVIN. LIB.III. Fol. 288

ctione, sicut apertum est, Nonnulli tamen putant cōtemplationem præstantiorem etiam præfata actione quia illud qđ simpliciter præeligitur, videtur esse me lius absolute illo, quod in casu tantum præeligitur. Sicut philosophari melius est simpliciter quam ditarī : quamvis ditari magis sit eligibile in casu magna paupertatis. Contemplatio autem est per se eligenda. Cura autem & regimen animalium, ad quod spectat subditos docere, & dirigere in salutem, est su sciplina potius quam eligenda in casu necessitatis fraternæ. Vnde dicit Augustinus 19. de ciuitate dei: Ocum sanctum querit charitas, negotium iustum suscipit necessitas charitatis, quam sarcinam si nullus imponit, intuendæ veritati vacandum est: si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem. Ex quo patet contemplationem simpliciter meliorem, maxime quando actio ea non impedit, si cut fuit in Apostolis, & est in viris perfectis, qui non turbantur propter actionem, sed simplicissime omnia etiam contemplando perficiunt. Propter sensum historicum ultra modum, & præter quam proposui, dīgressus sum. Nunc reuertor. Maria sedens secus pes des domini, audiebat verbum illius. Iste duæ sorores Martha & Maria, repræsentant & signant glorio fam dei genitricem Mariam. Martha propter actionem, Maria propter contemplationem. Vere valde propinquæ sunt istæ, quia sorores. Et nomina confimilia, quia in vnica litera distinguuntur duntaxat. Vbi Martha habet t, ibi Maria habet i. Litera t ( alias thau ) significat tormentum, quia crucem prætendit. I ( alias iota ) simplicitatem. Syro sermone Martha dominans, M A R I A vero domina interpretatur. Aliter M A R T H A prouocans Maria vero illuminata, vel illuminatrix interpretatur. Sic vita actiuæ & contemplatiua ex gratia dei tanquam ynus maris filii generantur,

Augustinus

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Aetiuā tñ habet tormentum laboris: contemplatiua simpliciter columbinam speculationis. Aetiuā est dominans, & adhuc laborans in mortificatione vitiōe & religatione passionum, & operatione virtutū: contemplatiua est domina, quasi iam omnibus sibi plene subiectis quiescēs. Aetiuā prouocat malos ad zelum, bonos ad emulacionem virtutum: contemplatiua illuminatur, & illuminata illuminat. Pariformiter gloriosissima dei genitrix erat actiuā & cōtemplatiua ex gratia quam inuenit. Bernardus: Inuenisti gratiam, non creasti eam sicut deus pater, nec semper habuisti sicut filius, nec emisti sicut Simon magus, neq; perdisti sicut primus homo, nec rapuisti sicut velut angelus, sed inuenisti eam. Gratia ergo in ea actionem & cōtemplationem generauit: quia gratia dei erat id quod erat. Sed actiuā tormentum crucis habebat in compassionē filij crucifixi, & dominabatur in excellētia omnium virtutum, prouocans diabolū & Iudeos ad zelum, Christianos vero ad imitationē, angelos in admirationem, Ad actionem pertinent opera misericordiæ, que ipsa filio suo (teste Bernardo) exhibuit. Ipsum nang⁹ indumento carnis induit, hospitio vteri recepit nouem mensibus, infirmum in infantili aetate nutriuit, lacte potauit. Ipsum in-crucis carne re visitauit, & sepulturæ interfuit. Contēplatiua eius vita columbinam habuit simplicitatem, secundum illud Cantico: Oculi tui colubarum, requiem in deo. Ibidem: Ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectā, donec ipsa velit. Illuminationem, ut illuminata cœlū totum illuminet, & mundum vniuersum. Ibidem: Sub umbra illius quem desiderabam sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo. Vulnerata em̄ charitate ego sum. Quām bene sibi sapiebat panis Christi, panis angelorum, panis coctus in clibano benedicti virginalis vteri sui, calore cordis sui, & spiritus sancti. Et utiq; non saperet, nisi cognosceret, Amor, inquit Gregorius,

Bernard.

A&t;o. 8

Genesi. 3

Isaiæ 14

1. Cor. 15

Cantic. I

Gregori⁹.  
Amor qd.

notitia est. Hæc est vera sapientia, quam nulli inuidit,  
sed omnibus communicavit: Comedite inquit & bibi Sap. 8  
te, & inebriamini charissimi, angelii scilicet & homi-  
nes. Est enim vita contemplativa, charitatem dei & Vita cons.  
proximi totamnētē retinere, ab exteriori actione qui- tēplatiua  
escere, soli desiderio conditoris inhærere, & ad viden quid  
dum faciem creatoris exardescere. Hanc beata Maria  
excellētissime obtinuit. Ideo potius nomen Mariæ  
sibi usurpauit quam Marthæ, & cum ea ad pedes dñi  
sedens, audiebat verbum illius. Quantomagis se hu- Ambrosi.  
miliabat, tanto amplius de sapiētia verbi accipiebat.  
Humilitas autem Mariæ secundum Ambrosium, hu-  
manum sensum & intelligentiam excedit. Bene ergo  
sedebat ad pedes domini. Idcirco præ omnibus electa  
est, etiam supra angelicā sublimitatem exaltata, quia  
plus omnibus humiliata.

**¶** Beatæ Mariæ quanta sit dignitas, quan-  
taq; eidem sit pro nobis efficacia orandi.  
Item meditationes quinque ad signum  
campanæ. Exhor. V.



Ve gratia plena, Luca primo. Mirabile  
valde videtur charissimi, q; quidam qui  
sibi p̄pis de nomine christianitatis blan-  
diuntur, dicūt Mariam matrem dei esse  
mulierem sicut sunt cæteræ fœminæ. Et  
augetur admiratio, quia etiam ipsæ fœminæ nonnul-  
lae hoc ipsum dicunt, quæ tamen omnem veneratio-  
nem ex dignitate matris dei Mariæ accipiunt. Quid  
autem intendunt dicendo Mariam esse mulierem si-  
c ut sunt cæteræ mulieres, nisi quod nituntur dignita-  
ti eius detrahere? Vident enim (sicut & ipsi facere con-  
sueverunt) q; ultra omnes sanctos singulari cultu co-  
litur & adoratur, & de hoc dolent zelo instigante, sed  
non secundum scientiam. Forte respondebunt: Nolu-

D<sup>o</sup> PETRI LEYDIS CARTHVS.

mus ei detrahere, sed Christianos iustruere quid de  
Maria sentire debeant, q̄ videlicet sit mulier, & non  
dea. Hoc eī dicunt. Quibus ego respondeo: Nunq̄  
ignoramus Mariam dei matrem fore sex<sup>o</sup> fēminei?  
Forsitan putatis nos credere Mariam esse virum, aut  
nescio quale monstrum, ex quo secundum carnem  
Christus voluit nasci, ut necessariū sit nobis per vos  
doceri eam esse fēminam. Cæterum nos credimus  
& confitemur Mariam matrem dei esse secundum se-  
xum fēminam: imo secundum euangelium, mulies-  
rem, quemadmodum filium eius Iesum fatemur esse  
secundum sexum masculum: imo secundum euangeli-  
um virum, & hæc secundum naturam generis hu-  
mani. Porro secundum gratiam fatemur Mariā matrē  
dei, non quidē esse deā, sed deo proximā vltra oīnes  
mulieres & fēminas, vltra oīes masculos & angelos  
& dissimilitudine magna excellere oīnes, nec habere  
similem sibi inter electos dei, tñ sub filio suo benedi-  
cto, quē dissimilitudine maxima & incomparabili fa-  
temur excedere oīnia, etiā suā benedictam matrem  
Mariam, quia pater diligit filium, & oīa dedit in ma-  
nu eius. Non eī ad mēluram dat deus spiritum (sc̄  
gratiae) filio, & de plenitudine eius nos oīes accepim̄.  
Igitur per gratiam est Maria particeps diuinæ natu-  
ræ, & consors, vt testatur beatus Petrus, secundum  
quā participationem potest etiam dea appellari, sicut  
alij sancti dīj dicunt. Secundum gratiam nec est ma-  
sculus nec fēmina, sed noua creatura inq̄t Apost. Et  
quanto fuerit gratiō & deo acceptior, tanto est di-  
gnior & ad impetrandum apud deū efficacior. Quis aut̄  
ambigat Mariā matrē dei deo fore gratissimam & ac-  
ceptissimam, q̄ à suo nūtio fecit (sicut sibi vnicē dile-  
ctā, & gratia plenā) officiosissime salutari? q̄ etiā in  
suā matrē elegit. Qua dignitate(nobilissimi. f. officij)  
nulla potest dignitas maior excogitari. Cum igit̄ de-  
us sapiētissimus & optimus, ceteros quosq; sanctos

Iohan. 3<sup>o</sup>

Iohan. 3  
Iohann. 3

2. Petr. 1

Galat. 3

(ad officia certa electos) significauit, & exquisite  
apprauit, vt exequi efficaciter possent iniuncta officia.  
& hoc per gratias & dona, per illuminationem intel-  
lectus, & miracula. vt patet de Mose & prophetis, de  
Apostolo Paulo, & ceteris apostolis, de illustribus &  
sanctis reliquis. Quid putamus fratres deum egis-  
se cum sua matre, cuius officium est excellentissimum?  
Nunquid illa dimisit dignificare & aptare ad offici-  
um maternum implendum sibi deo, & domino maxi-  
mo, & voluit eam aeternaliter contemni quasi immu-  
dam mulierculam, & fœminam peccatricem, atque  
corruptam? Hoc quippe unus haereticorum pridē in No-  
tus publice declamauit, modicā s. esse certitudinē  
de Mariæ virginitate, post partū filij dei. Fuit enim an-  
tiqua haeresis, q̄ hoc p̄dicabat. Nisi enim apte sancta eu-  
angelia dicerent Mariā virginē concepisse, puto q̄  
dicerent Christum ex Ioseph generatum fuisse, sicut  
Iudæi fatentur. Cōfundantur isti pessimi haeretici, q̄ talia  
sentiunt, & docent matrem dei non fore salutandam  
(quod tñ deus fecit per angelū) nec iā aliquid nobis  
suffragari posse apud deū dicūr. Cuius cōtraria docu-  
erunt oēs sancti, & vniuersalis ecclesia ab initio usq; in p̄sens tēpus. Nos vero fatemur Mariā propter offi-  
ciū maternū qđ deo dei patris filio naturali (q̄ est etiā  
suus naturalis filius) debebat impēdere, fuisse & esse  
dignificatā, & exq̄sitiſſime apratā sup oēs hoīes & an-  
gelos officios, cultu glorioſiſſimo: & hoc p̄ omnis  
modā puritatē spūs & corporis (mysterio nobis nō in-  
telligibili niſi p̄ revelationē) vt nūq̄ p̄t̄ vel contra-  
xerit, vel pegerit. Insup fuit omni gratia plena, ita q̄  
a nullo illustri vincit, vt ait Damas. Insup fuit tāti  
meriti, q̄ hodierna die sup oēs choros cōleſtissim spū-  
um meruerit ascēdere & gl̄ificari. Insup est ad ipetrā  
dū apud deū efficacissima, Si em̄ monemur orare, p̄ Jacob. 5  
inuicem vt saluemur, & oratio nostra (cū tñ sumus  
peccatores) p̄sit ceteris (qđ etiā isti haeretici fatentur)

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

quare mater dei gratissima deo non debet inuocari,  
aut cur eius oratio nobis prodesse non potest, vt isti  
hæretici fabulantur? Vadant in tenebras misere dece-  
pti & obcæcati induratiq; hæretici. Nos vero charissi-  
mi fratres matrem dei Mariam benevolentissimam  
deuotissime salutemus, officiosissime colamus, & cum  
omni fiducia (accepturi per interuentum eius à dño  
quæcunq; iuste postulata) accedamus. Hæc est enim  
voluntas dei. Omnia quæ à deo sunt, ordinata sunt.  
Volut em nos ad eam venire ordine quadam pros-  
pter gloriam suam, quæ in illo ordine manifestatur,  
quod hæretici non vident. Volut nos saluari per gra-  
tiam suam per meritum Christi, per interuētum ma-  
tris dei, per orationes sanctorum, per preces homi-  
nū, per sacramenta, & p nostra bona opera. Fratres  
mei, nulla salutatio videtur acceptior matri dei, quā  
illa quæ per angelum ad eam perlata est. Et quia hæc  
frequentamus, pro maiore attentione habenda, hanc  
vobis breuem monitionem facio. Mariæ bene actum  
est, quod sit electa in matrē dei, quod gratia sit plena  
qd dñs sit secū, q bñdicta in mulieribus, & q fructus  
ventris sui sit benedictus. Habet ergo Maria materiā  
magnā magnorum gaudiorum. Gaudet ergo, fratres  
congaudete ei. O quam felix, cui datum est vero cor  
de congaudere Mariæ. Nihil ille petit, sed solum Ma-  
riæ bonis (iam narratis) per amorem intendit, fauen-  
do pure, sinceriter atq; veraciter ei hæc bona. Et hoc  
est gaudium suum, quod aduertit Mariæ tanta eu-  
nisse bona, & à deo sibi donata. Orat autem, vt ipsa  
impetrat hoc congaudium, & vt aliquando ei conce-  
datur in æterno gaudio eidem congaudere. Tali mos  
do etiā alij sanctis debemus congaudere, & sup oēs  
domino Iesu, cui maiora bona euenerūt. Maxime ve-  
ro purissimo amore congaudere débemus domino  
deo nostro, qui est omne bonum simul & infinitum.  
Igitur Mariam matrem dei congaudendo salutare

Roma.13;

## DE BONI. DIVIN. LIB.III Fol.292

debemus, nec hæsitare, sed firmissime credere, quod  
agnoscit intime cor & affectum quem gerimus ei. Et  
hæc sint dicta pro generali salutatione. Pro speciali  
salutatione, puta quando pulsatur post matutinas,  
& ante completorium, videntur subsequentia accō-  
moda. Inter omnia gaudia beatæ Mariæ, videntur  
quinq; fuisse præstantiora, cui respondent gratiæ. Le-  
gendo ergo quinq; Ave Maria, quia tantum datur  
de tempore in pulsū, in primo, quando dicitur gratia  
plena, in tanta plenitudine, vna præ cæteris magis  
attendatur, scilicet humilitas, quæ vtq; fuit in bea-  
ta Maria nobilior, q; in vlo vnquam homine, aut an-  
gelo, alias ultra omnes simul non fuisset exaltata in  
ecclis. De hac virtute doctores ecclesiæ, dictum putat  
illud in Cantico: Respxit humilitatem ancillæ suæ.  
Quod possibile est, vt suam virtutem expresserit, si-  
cut Moses & sanctus Iob fecisse leguntur, & alij san-  
cti cum ipsis instinctu & motu non proprio, sed spis-  
itu sancto operante atq; volente. Mihi tamen video  
tur quod non de virtute humilitatis beata Maria in-  
telligi voluit suum dictum, sed de indignitate sua &  
infuſſientia, quasi diceret, dignatus est dñs respicere  
me miseram & indignam. Et istud perhibetur habere  
litera græca, in qua scripsit sanctus Lucas. Est etiam  
magis laubabile, vt humiliis Maria, actum humilitas  
se vituperando & indignam fatendo exerceret, q;  
nude solam propriam vitutem nominaret. Et istud  
magis edificat, & spualem dulcedinem cantanti præbet  
quam aliud. Et quia humili erat Maria, dominus e-  
rat secum, ipsa quoq; benedicta est properea inter  
omnes mulieres. Vbi congaudium innuitur. Quando  
enim legimus, benedicta tu in mulieribus, congaude-  
re ei debemus de tanta virtute, scilicet humilitatis,  
in qua tantum placuit deo, vt mater dei fieret, teste  
Bernardo. Primum quoq; gaudium statim cogitari  
debet, quando subiungitur, & benedictus fructus v-

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

tris tui, quem scilicet gaudiosissime concepisti. Con-  
gaudere igitur haec dicendo debemus matri & filio,  
quia filius humilior fuit matri, ergo laudabilior, & vs-  
nitus verbo dei deo personaliter, ergo gaudiosior.  
Habemus primam virtutem, & primum gaudium. In  
Secundo autem Ave Maria, occurrat pro speciali gra-  
tia virtus castitatis, quae erat in ea secunda prole,  
cum integritate virginitatis. Et ideo dominus secum erat  
etiam ultra oes castos: quia non habitat in corpore sub-  
ditu peccatis, s. incontinentie. Ipsa vero erat ultra oes  
continentissima. Benedictus tu in mulieribus, quia purior.  
Congaudium est in hac benedictione tantae castita-  
tis. Et benedictus fructus ventris tui Iesus Christus,  
quem scilicet cum maximo gaudio peperisti. Ecce virtuti con-  
respondens gaudiu. Congaudium etiam debet filio, quia  
castissimus, & magis castus matre. Habemus secundam  
virtutem, & secundum gaudium. In tertio Ave Maria, oc-  
currat pro speciali gratia, charitas, quam secundum V. Al-  
bertum, erat in ea, in habitu maior, quam in angelis. Et ideo  
dominus secum: quia qui manet in charitate, in deo manet,  
& deus in eo, & in magis amante, praestantius. Benedic-  
ta tu in mulieribus. Congaudium debet filio, Iesu scilicet, quia chari-  
tas eius maior est omnium charitate. Habemus tertiam  
virtutem, & tertium gaudium. In quarto Ave Maria,  
occurrat pro speciali gratia, virtus contemplatiōis,  
quam animum requirit mortificatum atque ornatum. Dominus  
cum illo, quia trahit & imbuīt. Trahit affectum, imbuīt  
intellectum. Benedicta tu in mulieribus. Congaudiū  
est de superereminentia huius gratiae per ceteris sanctis  
Et benedictus fructus ventris tui Iesus Christus quem scilicet  
vidisti in celum ascendere gaudiose. Quem etiam ante  
ascensum & postea contempsata es. Congaudiū debet fi-

Sapient. x

x. han. 4

lio qui in via fuit viator & cōprehensor, & nunc est  
in quē desiderant angelī prospicere. Habemus quartā 2. Petri. 3  
virtutē, & quartum gaudium. In quinto Ave Maria  
occurrat plenitudo gratiæ. Ideo dñs gratiæ secū. Be  
nedita tu in mulieribus. Congaudium est super tanta  
ta plenitudine, per quā excellit vniuersos beatos. Et  
benedictus fructus ventris tui Iesu Christus, qui sc̄i  
licet dedit plenitudinem gloriæ hodie corresponden  
tem plenitudini gratiæ. Ecce habemus gratiam plenā  
quinto loco, & gaudium quintum correspondens.

### ¶ De beatæ Mariæ virginis dormitione resurrectione & corona. Exhorta. VI.

**S**urge propera amica mea, veni, corona  
beris. Ex libro Canticorum capitulis. 2 & 4.  
vt gratiam & gloriam consequamur  
matrem dei deuotissime salutentis, dis  
centes: Ave Maria. Surge propera, &c.  
vbi supra. Charissimi fratres creator  
noster deus optimus, volens charitatem suam nobis  
altius commēdere, eam nobis sub forma integroris  
amoris hūani descripsit. Qui amor est inter sponsum  
& sponsam. Quapropter ut efficacius nos ad reaman  
dum alliceret, seipsum nostrum sponsum, & nos spō  
sam suam appellare dignatus est. Et quia sensualia  
carnales homines (quales præcipue erant Israelitæ,  
& adhuc sunt Christiani) fortius mouent, præfatam  
charitatem, per carnalem prophetam & modum lo  
quendi sensualem atq; carnalem expressit, prout pas  
tet per totum librum Cantorum. In allegato libro  
sponsus intelligitur deus, sponsa ecclesia, id est, con  
gregatio credentium. Quod ergo ecclesiæ dicitur, sin  
gulis membris potest (secundum suum modum) at  
tribui, maxime membris nobilioribus, inter q; mater  
dei obtinet principatum. Ipsa quippe est vna & sola  
(per gratiæ) nobilissima creatura nec similem habet

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

in celo & in terra. Aptissime igitur ipsi applicantur verba sponsi. Quæ applicatio non sit secundum sensum literalem, sed verba sponsi transsumuntur pro cōgruentia solennitatis. Pro præsenti ergo solennitate apte ei dicitur illud Canticorum: Surge propera amē ca mea. Et illud: Veni coronaberis. Hodierna quippe solennitate recordamur mortem matris vitæ, mortē utiq; corporalem virginis Mariæ genitricis dei. Dicit ergo sponsus Iesus defunctæ matri suæ. Surge prope ra amica mea. Mea, quia præ cæteris magis dilecta, & major amica. Surge, propera, quasi aperte diceret. Quanquam vniuersalis resurrectionis tempus sit in nouissimo die, tu tamen mater amica, propera, diem hunc præueniendo. Surge à morte, nunquam iterum moritura, propera, sine obstaculo, ad vitam immor-talem, quæ sine dolore, & dæmonum infestatione re-soluta es in mortem temporalem. Quomodo enim dæmones infestarent, quæ contra eos terribilis est vt castrorum acies ordinata?

Cantic. 2

Cantic. 4

Cantic. 6

Eusebius,

Lucæ 2

Iohann. 19

Gregor.

Idem.

Vnde Eusebius: Dæmo-nes magis terrētur Mariæ patrocinio, quam suo sup-plicio. Aut cur non filius sine dolore matrem dilectis simam vocaret, cuius animam in passione filij sub cru-ce, compassionis & lethiferi doloris gladius pertra-siuit, qui beatis martyribus Laurentio, Tiburtio, Vincentio, & cæteris pluribus in passione per redun-dantiam gaudij (quod in anima habebat) crudelissi-mas pa-nas dulces fecit? Et vt in libro Dialogorum sanctus Gregorius ait: Interdum contingit iustis, vt in morte sua sanctorum precedentium visiones aspi-ciant, ne ipsam mortis suæ sententiam pœnalem per timeant. Et dum eorum mēti ciuium supernorum societas ostenditur, sine doloris & formidinis fatiga-tione à carnis suæ copula dissoluuntur, Et rursum in Moralibus: Plerumq; iustorum animæ contemplati-one æternæ retributionis, etiam priusquā carne spo-lientur hilarescunt, & dum vetustatis debitum soluūt

DE BONI, DIVIN. LIB. III. Fol. 293

Hoc iam muneris lætitia perfruuntur. Sic sic nimis  
rum virgo beatissima, mater dei Maria, supra quæq;  
sanctorum priuilegia, cum in contemplatione suavis  
sima mens eius esset suspensa ad eum quem totis p=   
cordis desiderabat, & ad quem se iamiam assumendā  
certissime cognovit, corporis cōplexio paulatim de-  
fiebat, vñq; quo tādem (nullo dolore percepto, nec  
interrupta contemplatione) anima illa beatissima cor-  
pus desereret mortaliter discrasiatum, non aduertēs  
resolutionem, sicut in raptu accidit Apostolo Paulo 2. Cor. 12  
qui an in corpore, vel extra corpus vitā ageret, igno-  
rabit. Hæc de primo, videlicet de resurrectionis ac-  
celeratione, quā præcesserat mors sine dolore, simul  
que sine dæmonum infestatione, dicta sufficient. Asti-  
pulationem horum venerabilis Alberti Magni super Albertus.  
Missus est, hic libet apponere: Mortem inquit virgo  
gloriosa præscivit, mo ritura, inuitata per Christum  
ad cœlum ducta fuit, sine dolore obiit, mox euolauit  
in anima & corpore statim surrexit. Hæc ille. Fra-  
tres charissimi, hæc fuit conditio matris dei moriē-  
tis. Nos vero dolores mortis certissime expectamus,  
pericula inferni horrescimus, dæmonum infestatio-  
nes formidamus. Contra hæc armemus nos primo  
per patientiam, æquo animo tolerando quæq; aduer-  
sa, infirmitates, & corporis dolores. Secundo, per bo-  
nam voluntatem, ad deum, ad superiorem, ad proxī  
mum. Hinc enim tollitur horror inferni, quia secun-  
dum Bernardum, ablata propria voluntate (quæ so-  
la est mala) infernus non erit, sed pax. vt ciues ecclē-  
stes cecinerunt. Tertio per amicitiam cum domino  
Iesu & pia matre eius. Contra talibus auxilijs muni-  
tum, nil cateruæ infernales audebunt. Vnde dicit  
Psalm. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam ini-  
micos meos. Et ad matrem gratiæ atq; misericordiæ  
filij ecclesiæ fiducialiter dicunt: Tu nos ab hoste pro-  
tege, & in hora mortis suscipe. Quantum ad secundum

Bernard.  
Lucæ 2

Psalm. 117

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

dum, videlicet de acceleratione resurrectionis, ade<sup>e</sup> uitandum corporis virginalis atque materni opro-  
brium, quantum ad incinerationem, dicit dominus  
Iesus defunctæ matri sua: Surge propera, id est, festi-  
na, scilicet ad vitam immortalem, & putredinis, &  
incinerationis probrum resurgendo præueni. Hoc  
sancti doctores Augustinus, Iohannes Damascenus,  
Bonaventura, & Bernardus, & alii, & si non rationa-  
bus demonstratiuis, probabilibus tamen, & veritatis  
consonis ostenderunt. Quomodo enim non præser-  
uaretur caro virginis à lege maledictionis, qua pro-  
pter sibi obedientiam præuaricatori dicit: Terra es, &  
in terrâ reuerteris, quæ præseruata ab originali cul-  
pa & radice incinerationis semper deo obedientissi-  
ma & obsequiosissima vixit? Præseruatus est Ionas  
in ventre cœti, præseruatus est Daniel in medio leo-  
num, præseruati sunt tres pueri in fornace ne quidē  
in se, neq; in vestitu lacerentur, & non præseruabio-  
tur à corruptione mater dei Maria, tāris dorata me-  
ritis dignatum? Vete thronū dei, thalamum dominij  
tabernaculū Christi, decet summa incorruptio. Illud  
ergo sacratissimum corpus, de quo Christus carnem  
assumpsit, & diuinam naturam humana vniuit, non

Genesi. 3

Ionæ 2.

Dani: 6, 14

Daniel. 3

Iohann. 2

Augustin.

mittens quod erat, sed assumens quod non erat, vt  
verbum caro, hoc est, deus homo fieret, escam vermis  
bus traditum in communī sorde putredinis, & futu-  
rum de vermis puluerem: quia sentire non valeo  
(inquit sanctus August.) dicere pertimesco. Hæc cha-  
rissimi vna fuit conditio matris dei morientis,  
q; non resoluere corpusculum maternum in puluerem.  
Nostra vero corpora in horrendas putredines & ter-  
ram post modicū tēporis resoluent. Cur ergo inor-  
dinate ea diligimus & delicate nutrimus? Sequamur  
consilium superbenedictæ matris Iesu Christi, quæ se-  
cundum chronicas nostri ordinis quendam Carthusi  
ensem docuit, q; viliori vestitu & simpliciori cibo co-

tentaretur. Et beatus Hieronymus ad quendam monachum : Legumina inquit, & interdum pesciculos pro summis ducas delitjs. Qui enim Christum desiderat, & illo cibo pascitur, non magnopere curat q̄ de preciosis cibis sterlus conficiat. Indubie qui corpori suo delitias subtraxerit, & carnis curam ( iuxta beati Pauli monita ) pr̄ter desideria fecerit clariorē post incinerationem in carne resurrectionem inueniet. Sequitur tertium, scilicet coronatio, in eo q̄ dicitur matrī à domino Iesu: Veni coronaberis, corona videlicet felicitatis æternæ in anima pariter & corpore. De qua Ioës Damas, alloquens beatam dei genitricem, sic scribit: Sacrum corpus tuum venerabilē in sepulchro ponitur, sed nō est relicta anima tua in inferno, nec caro tua vidi corruptionem. Decet em̄ dei sacrarium, fontem indefossum, agrum inaratum vineam nō irrigatam, oliuam fructiferam, terrā gremio non seruari. Decuit matrem ad filium sublimari, vt ad ipsum ipsa ascenderet, sicut ad ipsam descendere illa. At , vt q̄ in partu seruauit integratatem, post mortem corpus eius non videret corruptionem. Et quæcreatorem portarat in sinu, in diuinis tabernaculis commoraretur. Et quā pater despōnsauit in sponsam, in cœlestibus thalamis conseruaretur: & sic à matre quæ sunt filij possideantur. Hęc ille. Fratres charissimi, studeamus per impletiōem mandatorū dei, & cōfiliōe dñi nostri Iesu Christi, eosq; q̄ ad professiōnē & statū nostrū pertinent (hęc est em̄ voluntas dei Roma. 12 bñplacens & pfecta) in numero illog; censi, de qbus dicit dñs: Quicunq; fecerit voluntatem patris mei q̄ Marth. 12. in cœliseſt, ipse meus frater, soror & mater est. Studeamus inquā, singuli esse mater Christi. Quia sicut dñs nedum ventrem qui eū portauit, beatū dixit, sed etiā eos qui audiūt verbū dei, & custodiunt illud. Ita pariformiter non solū carnalē matrē, sed etiā spūales q̄ faciunt voluntatē patris sui, in æternū coronabit,

Cantic. 4

Psalm. 13

Lucæ 11

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

**C**Beata Maria sapientissima quomodo  
sit, & de triplici sapientia. Exhor. VII.

Cherubin  
Seraphin  
quid.

Ecclesi. 1

Prouer. 8



Bi humilitas, ibi sapientia. Prouerbiorum vndeclimo. Nota est hodierna solennitas, in qua recolitur quomo do gloriofissima dei genitrix Maria non solum super Cherubin (quæ in terpretatur plenitudo scientiæ) sed etiam super Seraphin (quæ diuino ardente amore: ex quibus coniunctis plenitudinem sapientiæ aduertere possumus) immo super omnes cho ros angelorum, id est super omnia merita sanctorum ascenderit. Omnes enim sancti ad nouem beatorum spirituum ordines colliguntur, & non ultra. Soli em beatae Mariæ ultra legem celos ascendentium, hoc priuilegium condonatum est, vt omnes supergrediantur sanctos, & singulare gloriæ solium obtineat usque ad thronum diuinæ maiestatis, vt ibi sit mater, vbi est filij pater: & ibidem sit omnium creaturarum sapientissima, vbi est fons sapientiæ contemplandæ in excelsis, & sit ipsa beatissima ibi, vbi est beatitudinis plenitudo. Merito etenim ipsa censetur sapientissima, quæ ipsam creatam sapientiam & cōcepit, & percepit, & hoc secundum humanam naturam. Nam secundum diuinam naturam ipsa sapientia dicit in Pro uerbis, inter multa sempiternitatem eius concernentia: Nondum erant abyssi, & ego iam concepera eram, &cæte. Sed utiq; sapientia concepta mente diuina (quæ verbum est eiusdem mentis) præsens erat in uero virginali, quando carnem assumpsit in uione personali, quapropter sapientia ipsa dicitur vere concepta & genita ex Maria virgine: & est veraciter filius eius, sicut est veraciter filius dei patris, quāquam sint diuersæ generationes. Præsens etiam erat tota diuinitas pater, filius & spiritus sanctus, quia filius nō

DE BON. DIVIN. LIB.III. Fol. 295

Quam est sine patre, & pater & filius nunquam sunt  
sine spiritu sancto, qui est nexus utriusque. Et quomodo  
dico una persona esset sine alia, cum tres personae sint  
vnum simplicissimus intellectualis spiritus, & vnum inseparabile  
individuum, in quo nulli sunt gradus, aut  
differentiae, nec separatio ibidem fieri potest sine totius  
deitatis totali corruptione? Opera etiam trinitatis  
sunt individua: ergo in incarnatione verbi, vel sapientia  
dei genitrix praesentialiter operabatur tota trinitas,  
licet solum verbum vel sapientia dei genita, vel  
filius (quae sunt tria nomina, sed una res & persona)  
carnem assumperit in unitate personali, ita quod illa  
persona & emanuel, veraciter sit filius dei patris,  
& virginis Mariae matris. Pater vero & spiritus sanctus,  
licet sint vnum inseparabile, individuum sim-  
plicissimum cum filio, vel verbo, vel sapientia dei  
genita, non tamen sunt incarnati. Fuit ergo tota  
trinitas in utero virginis, quando concepit filium  
dei. Nunc aduertite fratres, licet sapientia approprie-  
tur filio, sicut potentia patri, & amor spiritu sancto,  
quaes tunc personaliter dicuntur, & idem sunt quod per  
sona cui appropriantur: quando tamen essentialiter  
sumuntur, tunc aequaliter tribus personis conuenient.  
Vnde fit, quod sicut religiose atque catholice dicitur,  
pater est deus, filius est deus, spiritus sanctus est  
deus, ita eadem veritate dicitur, pater est sapientia,  
est potentia, est amor, filius est sapientia, est potentia,  
est amor, spiritus sanctus est sapientia, est potentia,  
est amor, pater & filius, & spiritus sanctus vnum deus  
est sapientia, est potentia, & amor, eodem modo sicut  
dicit beatus Iohannes, deus caritas est. Hac omnia  
ad longum declaravi, ut aduenteretis quam excellen-  
ter sapientia deus, in Maria perpetua virgine extites  
& ex hoc cognosceritis qualiter ei sapientiam plus quam  
teris infuderit, De qua infusa sapientia, ut aliqd clas-

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

rius intelligatis, & eidem locum in vobisipsis præparatis, debetis agnoscere q̄ tripliciter de ea possumus loqui. Primo modo, prout est virtus intellectualis vltra omnes nobilissima, quia speculator causas altissimas & diuinias, legesq; æternas & immutabiles. Qua propter conuenienter iudicat & ordinat de omnibus & continet sub se nobilissimas intellectuales virtutes speculativas, intellectum videlicet qui est principiorum, quæ scilicet principia' (intellectis terminis) statim cognoscit. Et scientiam, quæ est conclusionū, quas clare intelligit deductas ex principijs, vtrumq; tamen sapientia perfectius præstat, quia iudicium perfectum & vniuersale haberi non potest, nisi per resolutionem ad primas causas. Forte dicetis mihi, q̄ res tenebrosas & à vobis non bene intelligibiles profero. Respōdeo quod res notissimas infero, quas indesinenter agitis, & sancti omnes fecerunt, & plus illis gloriofissima virgo Maria, dei genitrix, in maximū meritum. Et pono tale exemplum pro instructione vnum, vt ex illo formetis vobis centū milia. Dicitis furtum non esse faciendum. Hæc est conclusio q̄ spe etat ad scientiam. Sed quō scitur? Ex resolutione ad primū principiū ex quo conclusio est deducta. Quod est illud principiū? Nullum malum est faciendum hoc principium est intellectui notum, intellectis terminis. Furtū vero est iniquum & malum, ergo non est faciendum. Istius exempli cognitio habetur ex habitu vel virtute intellectuali, quæ dicitur intellectus, & respicit principium, & ex habitu & virtute scientiae, q̄ respicit deductionem conclusionis. Totum tamen perfectius & clarius agnoscit, per sapientiam, p̄ deductionem ad leges æternas & diuinias, q̄ malitia clarius innotescunt, abhorrit, & iudicat, sine simulatione. Sufficiant hæc pauca pro vno exemplo. O q̄ lucida & clara erat mater Iesu in iudicando, & ordinando de singulis per hanc virtutē intellectualem. I. sapi

DE BON. DIVIN. LIB.III. Fol. 29<sup>o</sup>

entiam ultra omnes homines, quia secundum Dama  
scenum, a nullo illustrium vincitur. Secundo modo  
loqui possumus de sapientia, inquantum est donum  
spiritus sancti, sicut dicit Isaías propheta: Requiesce et sus-  
cum spiritus domini, spiritus sapientiae, &c. Hæc sapien-  
tia differt a predicta, quia illa est virtus intellectua-  
lis acquisita studio humano (non tamen sine deo co-  
operante, qui operatur omnia in omnibus) & potest  
stare cum mortali peccato. Hæc vero sapientia, quæ  
donum spiritus sancti est, de sursum est descendens a pa-  
tre luminum, & non potest stare cum mortali peccato  
vel inesse sine gratia gratum faciente. Et hæc sapientia  
excellenter & perfectius iudicat & ordinat de rebus  
humanis, per regulas diuinæ propter connaturalitas  
tem quandam quæ habet ad regulas diuinæ, q̄ cōna-  
turalitas habet per gratiam, & charitatem, q̄ nos v-  
nit deo, iuxta illud Apost. Qui adhæret deo, unus sp̄i-  
ritus est, Sic ille qui habet habitum, & virtutem ali-  
quā (puto castitatem) perfectius iudicat & ordinat  
de castitate, quā ille q̄ habet solam scientiā morale  
de castitate. Quia qui habet habitum castitatis, habet  
quandam connaturalitatem ad castitatem: quia cōsuetu-  
do, vel habitus contractus, vel virtus animi, est altera  
natura. Qui habet gratiam & charitatem, & sp̄issan-  
cti dona, habet participationem diuinæ naturæ, vt  
ait S. Petrus, ideo perfectius iudicat. Hanc sapientiā  
omnes existentes in gratia participant (differenter tamen, se-  
cundum maius & minus) in iudicando tam in con-  
templatione diuinorum, quam etiam in ordinatiōne  
rerum humanarum secundum diuersas regulas, quan-  
tum est necessarium ad salutem. Vnde dicit S. Iohan-  
nes: Vnctio docet vos de omnibus. Et dicitur vncio  
quia vngit mentem, vt faciliter moueat a spiritu  
sancto. Quidam vero altiori gradu percipiunt sapi-  
entia donum, & quantum ad contemplationem  
DIVINORVM, inquantum scilicet altiora quædam

Isaias. 1x

Iaco. 3

x. Cor. 8

i. Petri. 2

i. Iohan. 2

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

mysteria & cognoscunt, & alijs manifestare possunt  
(iuxta illud Apostoli : Sapientiam loquimur inter  
perfectos) & etiam quantum ad directionem huma-  
norum actuum secundum regulas diuinias, inquantu-  
m possunt secundum eas non solum seiplos, sed etiā ali-  
os ordinare. In quo gradu beata dei genitrix Maria  
omnes sanctos excessit viatores. Quandoq; tamen  
talis excellentia sapientiae pertinet ad gratiam gra-  
tis datam, iuxta illud Pauli: Alij datur per spiritum  
sermo sapientiae, In qua sapientiae excellentia beata  
Maria alijs comparata, inuenitur prima, quia à nullo  
illustrium vincitur. Tertio modo loqui possumus de  
sapientia, prout est consideratio, vel contemplatio  
prima veritatis, propter amorem eius. De qua dicit  
**Augustin.** Augustinus libro 12. de Trinitate, quod superior ra-  
tio hominis intendit rationibus supernis, scilicet dia-  
uinis, ad conspiciendum & consulendum. Conspectu-  
dum quidem secundum quod diuina in seipsis conté-  
plat. Cōsulendū aut, scdm q; per diuina iudicat de hu-  
manis per diuinias regulas dirigens actus humanos.  
In cuius sapientie contemplatione, si aliquis dei ami-  
cus in quam claruit, maxime tamen sancta dei geni-  
trix, cum nullus homo vicinior aut amicitor Christo  
fuerit, quā eius superbēdicta mater Maria. Sed  
quae in hac vita in p̄fatis sapientiae gradibus nubi-  
losa fuerunt, nunc in matre domini (regnante in cœ-  
lestibus) clarissima & perfectissima sunt, & imperpetu-  
um erunt incomparabiliter ultra contemplationem  
& merita omnium sanctorum, tam beatorum homi-  
num, quam etiam angelorum. Quae vero fuerit cau-  
sa excellentiae tantæ sapientiae si queramus, ipsa sapi-  
entia eā nobis in Prouerbijs exprimit, dicēs: Si quis  
est parvulus, veniat ad me. Parvulus est humilius, qua-  
diceret: Humilis ad me venire potest, & nō superbus.  
Inde est quod apostoli Petrus & Iacobus docuerunt  
Deus (qui est ipsa sapientia) superbis resistit, scilicet

**Prouer. 9**

**z. Petri. 5**

**Iacob. 4**

à se repellendo: humilibus autem dat gratiam, scilicet  
 in veniendo ad eum. Maria vero fuit humillima  
 & eam virtutem, scilicet humilitatem, post filium suum Iesum, ultra omnes virtuosos excellentius possit  
 debat. Vnde secundum Bernardum, in electione qua  
 in matrem dei cunctis fœminis præelecta est, plus erat  
 ei⁹ eius humilitas, quam virginitas. Et nisi se infra  
 omnes humiliasset, nunquam eam deus iustus super  
 omnes choros angelorum sublimasset. Humilitas ergo  
 fuit sapientiae sublimis causa in Maria. Parvorum  
 miter, si voluerimus obtinere veram sapientiam sum  
 me necessariā in hac vita, & ea perfici in futura, oportet ut  
 veram acquiramus humilitatem. Ad humilitatem autem pertinet, ut aliquis reprimat seipsum, ne  
 feratur in ea quae sunt supra se. Ad quod necessariā est, ut cognoscat id in quo deficit a proportione eius  
 quod suam virtutem excedit. Cognoscere ergo debet  
 omnis homo quod dona dei, gratia gratum faciens,  
 mereri æternam vitam, ipsa æterna felicitas, atque si-  
 milia, longe & in infinitum excedunt vires suas. Et  
 sic humiliare se debet coram deo, & verissima sui co-  
 gnitione sibi⁹ vilescere. Credere tamen debet & fir-  
 miter sperare quod auxilio diuino omnia potest pro-  
 mereri & obtinere. Item homo debet se omnibus ho-  
 minibus per humilitatem subiungere, minorem se cre-  
 dere ceteris, & ex vero corde viliorē se pronuntiare, iuxta illud: In humilitate superiores sibi⁹ nūc  
 arbitrantur. Et hoc sine falsitate. Debet enim homo  
 propter reverentiam quam tenet deo, bonis quae a deo  
 in alijs sunt, reverentiam exhibere: & propter proprios  
 defectus quos in seipso considerat & recognoscit,  
 sibi⁹ vilescere in comparatiōe defectuum suorum  
 ad bona quae a deo in alijs relucunt. Posset etiam alius  
 reputare aliquid boni esse in proximo, quod ipse  
 non habet. Vel aliquid mali in se esse, quod in aliis  
 non est; & sic potest se alteri subiungere tanquam me⁹

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

liori propter deum, per humilitatē . Humilitas ergo  
vt supra dictum est, reprimit animum ne feratur in  
ea quæ supra se sunt, tam in deo, q̄ etiam in proximo  
Hæc tñ repression fit quādōq; male, puto cū homo ho  
norem suum non intelligens, comparat se iumentis

Psalm. 48

insipientibus, & similis fit illis. Contra malam hanc  
repressionem debemus cōsiderare bona q̄ recepimus  
a deo. Quādōq; repression hæc est falsa, & in solis ex  
terioribus signis apparens, vnde dicitur in Ecclesia.

Ecclesi. 19

Est qui nequiter se humiliat. Qn vero fit bene, vt su  
pra declaratum est, tunc est vera virtus, quā dñs Ie  
sus exhibuit in se, præcepit & docuit discipulos suos.

**E**xplanatio verbor̄, Vidi speciosam,  
&c. & quomodo etiam nos præpare  
mus ad moriendum. Exhort. VIII.

Cantic. 8

Hebr. 4.



Id speciosam, sicut columbam ascē  
dentem defuper riuos aquarum, cu  
ius inæstimabilis odor erat nimis  
in vestimentis eius, & sicut dies ver  
ni circudabant eā flores rosaꝝ, & li  
lia conuallii, viderunt illam filię Si  
on, beatissimā prædicauerunt, & re  
ginę laudauerunt eā. In hac solennitate visa est bea  
ta Maria, filia sanctor̄, Ioachim & Annaꝝ, vxor san  
cti Ioseph fabri lignarij ascendere super omes choros  
angelor̄, ad cœlestia regna. Vidi hoc deus q̄ eam ad  
hoc elegerat, sine cuius intuitu nihil omnino fit, mo  
uetur, intelligit aut cogitat in vniuersa creatura, cū  
sit ipsa prima oīm causa. Omnia eīm nuda & aperta  
sunt oculis eius. Viderunt angeli qui eam deducebat  
Viderunt Apostoli & cæteri electi qui ei hinc ascen  
denti astiterunt. Vident per fidem qui hoc nobiscum  
credunt. Possunt singuli dicere, vidi: Sed quid vidi  
sti? Vidi Mariam dei genitricem speciosam. Species  
est quæ per differentiam ē generē contracta ab alijs

distinguitur, quæ sub eodem genere cōtinētur. Sicut animal per rationale distinguitur ab alijs animalibus & sit homo. Hominis ergo esse est secundum rationē esse. Quando ergo scđm rationem infallibiliter dirigitur homo, tunc est speciosus secundum naturam. Expedit aut̄ se quando per discursum ratiōis intellēctus illustratur veritate, voluntas bonitate, memoria bonarum formar̄, fecunditate, sensus ōis priorum obiector̄, venustate, seruata in omnibus diſcretā congruitate. Quod si per gratiam homo illuminatus fuerit prima veritate, & affectatus in voluntate summo amabili & bonitati, & cætera omnia ordinata ad diuinitatē, sit homo speciosus supra naturā. Beata vero Maria (gratia plena) excedit in ihs omnē hoīem, sive in terris sit sive in cœlis. Secundum gratiam vero excedit oēm angelicam speciositatē. Taleā eam esse decebat in speciositate (quæ mater esse debet ut vñigeniti dei patris) vt speciosior post deum cogitari non posset. Dicat ergo vñquisq; qui per fidē videt, sicut alij ante nos homines & angeli dicere potuerunt, vidi speciosam. Sequitur: Sicut columbam. Bene sicut columbam, quæ est animal felle carens, **Columba** simplex, innocens, & pennatum: quia gloria dei genitrix caret felle amaritudinis omnium peccator̄ qđ de nullo puro homine verificari potest, simplex, si ne plica duplicitatis: quia verax sine simulatiōe, vel falsitate, bona sine permixtione malicie & rapacitatis, innocens, q̄a nulli nocens, vel innocens innocentia originali quoad aliam in debito ordine ratiōis ad deum, & sensuum ad rationis imperiū, sed non qđ ad impassibilitatē, sive aīe, sive corporis, q̄a in vtroq; erat passibilis: nec qđad morralitatē carnis, quia in ihs cū superbūdicto filio suo cōmunicabat, nec qđad libertatē, q̄a indiguit nobiscū redimi & saluari per vñgnitum suū Iesum Christū salvatorē nostrū, pennatū, q̄a p̄ contemplationē (adhuc in terris existēs) volabat

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

In deum: & hodie in anima & corpore volavit super omnes choros angelorum in cælum. Quare sequitur Ascendente[m] desuper riuos aquarum. Differēter enim mortua est beata Maria à morte cæterorum mortaliū. Quia ipsa tertia die resurgens assumpta est in cælum. Cæteri expectant generalem resurrectionem Vnde nullius sancti dies natalitius vocat assumptio sed solius beatæ Mariæ. Ascendit ergo ipsa in cælum desuper riuos aquarum, hoc est, supra consuetudinem moriendi populorum. Riuī enim recurrentes significant mortes, aquarum, id est, populorum. Vnde dicitur in 2. libro Regum. Omnes morimur, & quasi a qua dilabimur in terram, qua non reuertuntur. In Apocalypsi quoque scriptum est: Aquæ multæ, populi multi sunt. Ascendens vero in cælum beata mater Iesu, dispersit odorem suauissimum. Vnde sequitur: Cuius inæstimabilis odor erat nimis in vestimentis eius. Vestimenta sanctorum, est conformitas Christi. Odomentia, est exemplaritas vita. Vnde ait Apostolus Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christū induistis, id est, ei conformati facti estis. Et iterum: Induimini dominum Iesum Christum, imitando sanitatem conuersationis sua. Et inde procedit bonus odor in ecclesia, sicut idem Apostolus testatur: Christi bonus odor sumus. Certissimum est autem quod nullus sanctus conformior est Christo, & exemplarior in vita, quam superbenedicta & supergloriosissima mater eius, virgo Maria. Idcirco bene dicit: Cuius inæstimabilis odor erat nimis in vestimentis eius. Vere odor eius respersit mundum vniuersum, etiam apud infideles. Hæc est præsignata à patriarchis, prænitiaria à prophetis, exhibita ab euangelistis. Repleta spiritu sancto, immunis à vitiis & peccatis, præelecta in matrem dei, ornata omni ornato spirituali, scut decuit matrem dei decorari, impregnata à spiritu sancto, peperit deum verum & hominem, quem

Riuī des  
currentes.  
.2 Reg. 14  
Apocal. 17

Vestimen  
ta sancta.  
Galat. 3

Roma. 13  
2 Cor. 2

adorauit & coluit, lactauit & aluit, cum quo conuersata est cunctis diebus sine querela, imitatione Christi perfectissima, compassione in Christi passione singulareissima: ut puta talis mater (quae erat doloris capa-  
cissima) tali filio, in tali necessitate. Ipsa charis-  
tate ardentissima accensa, ut deo honor & gloria res-  
tituerentur, & humano generi redemptio & salus,  
liberalissimo corde, id est, voluntate & affectu obtu-  
lit suum præcharissimum filium ad pœnissimam  
turpissimamq[ue] mortem. Quo resurgente, & in celo  
abeunte, misso desuper spiritu sancto, cum plurimi  
electi dei per martyrium, aut virtute sanctimoniam ad coe-  
lestia gaudia intrarent, ipsa dignissima mater Iesu  
sequanimitate tolerauit præsentis vita miseriam, per  
sequuntionem ecclesiarum, dilationem gloriæ, donec tem-  
pore congruo deo cognito (quia erat ecclesiae gene-  
rali necessaria ad tempus eius præsentia) est sup oēs  
celos assumpta. Ecce odor boni ac suauissimus, quæ  
sparsit per orbem ascens in celum. O quam digna  
est à nobis laudanda, excolenda, veneranda, & lysis-  
cerissime diligenda mater Iesu Maria: quæ (sicut pñissi-  
ma mater interpellat pro nobis tanquam pro charis  
suis suis filijs) aduocata nostra facta. Quapropter  
angeli oēs (eo quod ex ea acceperunt filium in quem  
desiderant prospicere) & animæ sanctæ (eo quod ex  
ea suscepserunt salvatorem) in ascensu suo, sicut Flores ro-  
dies verni circundabant eam. Sic enim sequitur: Et Flores ro-  
sarium, sicut dies verni circundabant eam flores rosarum,  
& lily conuallium. Per flores rosarum, martyres  
suo sanguine rubicundi rutilantes significantur. Prin-  
cipatur em rosa rubea inter flores rosaze. Et hoc ha-  
bet dictio ipsa. Rosa enim dicitur à rubeo tubes, eo  
quod eius color rubeat. Vnde in libro Hester habe-  
tur, q[ue] ipsa roseo colore perfusa erat. Per lilia conual-  
lium, notantur confessores humiles, per penitentiā uallium.  
Lilia con-  
wel virtutes animi candidi, lacteig. effecti. Hi florētes

Iohan. 19

Flores ro-  
sarium.

Rosa.

Hester. 15

Lilia con-

uallium.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

quasi dies verni, quo tempore dies sunt pulchriores,  
& semper incrementum capientes sicuti sancti pro-  
pter accidentalia præmia, & propter innouationem  
infiniti gaudij, quæ præstatur eis in fruitione diuina  
dicuntur semper proficere & iuxta Isæ, habere men-  
sem ex mente, & sabbatum ex sabbato, & semper ca-  
tare canticum nouum. Ht inquam, cum dñs Iesu, &  
omnibus angelicis spiritibus obuiam venientes cha-  
rissimæ matri suæ; eam obsequiosissime, & cum mas-  
ximo gaudio (eidē cōgaudentes super omnibus bonis  
quibus ditauerat eā diuina maiestas) circundederūt  
& ad thronum gloriæ eidem præparatum ouantes  
deduxerūt. O vtnā præstetur nobis ei vero, intimo  
saporoso corde congaudere. Nunc regnat in cœlo, &  
vivit clariore visione diuinæ essentiæ, amorosiore  
quoque vniōne cum diuina bonitate, gaudiosiore eti-  
am fruitione diuinæ dulcedinis, laudatque deum lau-  
de ei acceptiore, quam vlla celestis creatura. Sic pa-  
ter matrē filij suis, sic filius matrem suam, sic spiritus  
sanctus sacrarium suum, sic deus vnum gratiissimam  
virginem Mariam beatificauit. Hoc credunt filii ec-  
clesiæ, hoc intuitiue vident oēs felices creature cœ-  
lestes in cœlo regnantes: Vnde sequitur: Viderunt  
illam filiæ Sion, beatissimam prædicauerunt. Nihil  
verius. Filia Sion, id est, ecclesiæ, quæ per fidem cō-  
templantur, quæ aguntur in cœlis prædicant, aperte  
confitentes matrem Iesu super omnes choros anges-  
torum, ultra quos nullus regnat sanctorum, esse bea-  
tissimam, sicut in die assumptionis prædicauerunt  
tunc in terra viuentes. Et reginæ laudauerunt eam,  
id est regnantes, siue mentes angelicæ omnes, siue ani-  
mæ iustorum omnes in die assumptionis eius lauda-  
uerunt eam. Credentes prædicant quod didicerunt.  
Intuentes laudant qd iam certissime cognoverunt:  
Sit gloria deo in altissimis, qui tantam gloriam con-  
tulit nostræ virginis, virgini nostræ naturæ, per quā

DE BON. DIVIN. LIB. III. Fol. 300

accepimus saluatorem Iesum Christum. Nunc fratres quia instat ē vicino dies terminationis nostrae peregrinationis, & ingressus ad regnum dei, studiosissime agamus, ut cum gloria recipiamur. Invitemus ad solemnitatem nostram saluatorem nostrum Iesum Christum, et dulcissimam matrem eius Mariam, singulares quoque patronos, & omnes sanctos, ut assint in die laetitiae cordis nostri, in qua relinqueamus omnes tentationes & miseras huius vallis lacrymarum atque pericula, & ad securitatem & gaudia sempiterna intrabimus. Interim omnes fordes abluamus vitiorum, preciosissimis vestimentis & odoriferis induamur, ut non appareat nuditas visibilitatis nostræ, sed compareamus cum gloria & splendo reverarum virtutum, & perfectione charitatis. Quanta erit malorum confusio, in conuentu omnium electorum culpa exigente, erubescere, rapi a spectu iudicis, a beatorum societate separari, æterna cõbustione cremari? O quanta tunc erit mundo cor di laetitia, Christum Iesum saluatorem in gloria conspicere, beatissimam virginem Mariam videre, ab eis tanquam a parentibus in filium recipi, ab omnibus sanctis in eorum societatem tanquam cohæres admitti, a iudice omni ecclesi curia jubilante audire: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constitua. Intra in gaudium domini tui. O quam confusuum & pœnale erit audire, vade in purgatoriū ignem, quia nisi plene purgatus hic persistere in gloria non poteris. O quam horribile, & super omnia tristibilia tristissimum erit audire, vade maledicte in ignem æternum, qui paratus est diabolus, angelisque eius, & tibi. Vade in supplicium sempiternum, vade in tenebras perpetuas, ubi vermis conscientiae nunquam morietur. Vos autem fratres dilectissimi, gaudete, & nolite timere, qui sub alijs desponsis confugitis domini nostri

Apocal. 3

Roma. 8

Matth. 25

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Iesu Christi, cui totam vitam vestram nedum in obseruantia mandatorum dei, sed in via perfectionis, perfectęq; charitatis dedicasti. Gaudete inquam, q̄ scriptum est: In memoria æterna erit iustus, ab auditio nē mala non timebit. Donet nobis dñs Iesus amator nōs maximus (meritis & precibus dulcissimae matris suæ nobis opitulantibus) gratiam, ut libertati ab omnibus peccatis & peccatorum poenit., fine purgatorio ad gaudia cœlestia ingredi valeamus. Amen

D E S A N C T A A N N A.

Titulus quintus.

¶ Quomodo Christi excellentia in matris & auiae suæ Annæ redundet gloriā. Exhortatio I.



Go sicut oliua fructifera in domo dei. Psalmo 51. Oliua producit fructum, qui præstat pinguedinem in fomentum lumenis, in condimentum ciborum, in mes delam infirmorum, in robur sanorum, in exultatiōem triumphantium, in iubilum lætantium, -inunctionem prophetarum, sacerdotum & regum. Hæc oliua in sensu spirituali est beatissima Anna avia domini saluatoris nostri Iesu Christi, quæ peperit nobis florem pulcherrimum, in tegerimum, incorruptibilem, amoenissimum, odoriferum valde, & omni laude dignissimum: scilicet gloriosissimam dei genitricem Mariam, perpetuam virginem, cui prædicta verissime conueniūt, cui canitur ab vniuersali ecclesia: Tota pulchra es. Et illud: Virgo dei genitrix, &c. Et illud: Assumpta est Maria in celum, &c. Et illud: Vox tua dulcis, & facies tua de

Cantic. 4

Cantic. 2

DE BON. DIVIN. LIB.III. Fol.30x

cora. Et illud: Ave Maria gratia plena. Et illud: Felix  
nang; es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima. Ex isto flore processit fructus oleo plenus. Christus  
dominus deus noster, creator noster, conseruator  
noster, saluator noster, gratificator noster, glorifica-  
tor noster, & tandem omne bonum nostrum. De hoc  
Christo ait Daniel: Vngatur sanctus sanctorum, id  
est, Iesus. Et Apostolus Petrus in Actibus: Vnxit eū  
deus spiritu sancto. Propterea prædictis Isaías: Spi-  
ritus dñi super me, eo q[uod] vnxerit me. Ideo dicitur Psal-  
mista, & Apostolus ad Hebreos: Vnxit te deus, deus  
tuus oleo lætitiae p[ro] confortibus, vel participibus tu-  
is. Hæc vñctio est operatio spiritus sancti per gratiam  
suam, & non solum est hæc operatio spiritus sancti,  
sed etiam patris & filii, quarum trium personarum  
vna est operatio & indiuisa, quia trinitas est vna dei-  
tas, & unus in omnibus operas: Dicit dominus apud  
Iohannem: Pater meus usque modo operatur, & ego  
operor. Hæc gratiæ vñctio coniunxit humanam na-  
turam diuino supposito in unitate personali, quæ se-  
cundum sanctos doctores dicitur gratia vñonis, ut  
ex deo (filio scilicet) & filio hominis in natura huma-  
na, subsistat in supposito diuino una persona. Filius  
quippe hominis habet utiq[ue] naturam humanam, sed  
nō est persona humana naturæ, sed diuinæ in ybo, id est  
filio cum quo est una persona. Idcirco est veraciter  
filius dei naturalis, & non adoptivus. Et idem est fili-  
us naturalis suæ benedictæ matris Mariæ, & verus  
nepos sanctæ Annæ benedictæ auiæ suæ. Ipse est laus  
& gloriatio ambarum. Et de ipso Christo domino  
bene se ntire, & eundem laudare, est Annam & Ma-  
riam glorificare. Talis vñctio nulli naturæ concessa  
est, neq[ue] angelo, neq[ue] vlli hominum, sed soli filio Ma-  
riæ, & Annæ sanctissimæ nepoti Iesu Christo. Vnde  
ad Hebreos scribit Apostolus: Nusq[ue] angelos appre-  
hendit, sed lemen Abrahæ apprehendit, q[uod] est Chri-

Lucæ 3

Daniel. 9  
Actu. 10  
Isaiæ 61  
Psalms. 44  
Hebræ, 1

Iohann. 5.

Hebr. 2

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS,

Iohan. 3

Iohann. 1

A&tu. 6

Damasce.

2. Iohan. 2

Psalm. 44

stus. Cui non ad mensuram dat deus spiritum: Pater enim diligit filium, i. Christum, & omnia dedit in manu eius. Est enim Christus plenus gratiae & veritatis, de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Haec est gratia habitualis, quae habuit ultra gratiam unionis, non solum ad plenitudinem sufficientiae, sed etiam redundantiae in alios, qua est caput, non solum homines, sed etiam angelorum, quibus continue influit, dando, conseruando, augmentando, & perficiendo gratiam secundum diuersas plenitudines, sicut alia est plenitudo cyathorum, alia phialarum, alia quartarum, alia amarorum aut plaustrorum (secundum infinitas capacitates vasorum) quemque tamen oia cum fuerint impleta, dicuntur plena, quamvis in maxima differentia. Sic etiam impletur secundum capacitatem suam angelorum & hominum. Quae gratiae plenitudo venit ex plenitudine & redundantiae gratiae Christi, dantis gratiam omnibus & singulis. Super omnes vero sanctos, ut in cunctis gratia plenos (sic ut B. Stephanus dicit in Actibus gratia plenus) plenitudo gratiae beatae Mariæ genitricis dei, excedit (quod secundum Damasconem à nullo illustri vincitur) quia plenitudo sua aliquo modo redundabat ad corpus suum, supernaturaliter cōcipiendo, non tamen extendit se ad alios, ita quod sit gratiae datrix, sed solum in quantum est gratiae in petratrix. Gratia etiam eius quae accepit a domino, eam super choros angelorum exaltavit, quod illiciuntur est de villo sanctorum credere, ut inquit Hieron. Omnes homines qui accipiuntunctionem gratiae (ut innuit B. Iohannes, ubi dicit unctionem habetis a sancto. scilicet spuma, &c.) non accipiunt gratiae redundantiam ad ceteros, sed sufficientiam ad propriam salutem. Possunt tamen disponere ceteros ad gratiae receptionem per monitiones, prædicaciones, precationes, & bona exempla. Hinc est quod dicitur dominus nostro Iesu Christo (i. in sancto, praecunctis sanctis dei) unctione te deus, deus tuus oleo exultationis per eos sortibus, vel participib[us] tuis, quae ipse habet gratiae plenitudinem ad omnem suipius sufficientiam, &c.

alios, immo in omnes (nemine sanctorum exempto) redundantiam. Hic est fructus oliuæ, id est, sanctæ Annæ, per florem, i.e. filiam suam Mariam procedens: praestans spiritus pinguedinem in fomentum luminis, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & specialiter fideles in cognitione supernaturæ fidei, & revelatione diuinorum, dat etiam condimentum ciborum, quia quicquid scribis, legis, tractas, si non ibidem sapis Christum, totum vanum, & perditum, & nihil est eo: & omnia sine Christo spiritum non iuvant, sed grauauit & damnant. Vnde dicit Ecclesiastes: Qui addit scientiam, addit & dolorem, vel laborem. Sed Christus dei sapientia dicit in Ecclesia, Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sifient. Edere & bibere faciunt unam refractionem. Edimus ergo & bibimus Christum, quia plena & perfecta est refectione Christum sapere. Sed nobis comedentibus atque bibentibus, esuries & fitis ex gusto crescit. Quia quanto eum amplius cognoscimus & diligimus, tanto eum feruentius desideramus, & amorem irritamus, donec in celo eum apprehendimus. Dicit Psalmista: Sicutiuit in te anima mea. Vbi ait venerabilis Nicolaus de Lyra: Desiderans consolationem tuam, & maxime de Christo, quia David summe desiderabat Christum de suo semine nasciturum. Post nonnulla dicit sic: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, &cæter. Augustinus. Adeps in intensinis, pinguedo in carne, id est, sapientia quæ est in abscondito & fortitudo spiritus. Et Lyra: Sicut corpus reficitur pinguis, sic anima mea tuis illuminationibus & consolationibus. Christus enim est solus lumen intellectus, cibus affectus, fortitudo spiritus, mæstorum consolatio, & infirmorum medela: qui sanat oës infirmitates nostras, exultatio, vinctio & iubilus oim pie viuëtiū, vincetiū &cū deo eternali ter regnatiū. Ita sunt q̄ supra dixi procedere de oliua

Ecclesi. 2.

Ecclesi. 24.

Psalm. 62.

August.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS,

Cassiodo, quæ omnia est ipse Christus, Vnde Cassiodorus sic dicit: Oliua fructifera, de cuius germine Christus dominus efflorigit, qui spirituali oleo perunctus est præ consortibus suis. Non potest beatissimæ Annæ maior honor impendi, neq; dignior laus offerri, neq; amplior gloria præstari, q; q; sit auia Christi. Sic filia suæ Mariæ, non exhibetur in scripturis sacris sublimior excellentia, quam quod sit vere secundum carnem mater dei. Quæ tamen carnis vicinitas, nec gratiam eam, neque beatam efficeret, nisi spiritualis propinquitas ad esset. Sed dictum est ei antequam cōciperet filium dei, deum: Aue gratia plena. Hęc gratia disposuit & habilitavit eā, ut digna esset fieri mater dei. Decuit enim diuinam maiestatem, quod mater eius omnibus foret spiritualibus charismatibus referata, neque esset in cælo, vel in terra ea sanctior, melior & gloriiosior, imo neq; æqualis, sed esset ipsa præstantior vniuersis. Commisit autem ecclesiæ filijs dominus Iesus, ut honoraret matrem suam vñusquisq; pro affectu suo. Hinc accidit, q; extulerunt eam laudibus & commendationibus infinitis. Simile factum est sanctissimæ Annæ, quæ (vt aiunt) primo in cultu ecclesiasticum assumpta non fuit, sicut nec cæteri sancti veteris testamenti usque in hodiernum diem, ne iudaïsare videkeremur. Postquam vero recepta fuisset omnis plebs, omnes status ecclesiastici, omnes Christi fideles, immensis laudibus eam extollere & excole re studuerunt. Hoc opatur in hominibus fides recta. Tanta enim propinquitas carnis requirit indubitanter excellentiorem spiritualem propinquitatem q; cæterorum hominum. Dictum est supra, quod gratia Christi redundat in omnes sanctos. Sicut igitur secundum Hieronymum in sermone de assumptione beatæ Mariæ, præsumendum est, quod meliora bona contulit matri, sic præsumendum est q; præstantiores gratias contulit fugitiva annæ. Inest enim quædam ipsa

Lucr. I.

Hierony.

cialis naturalis affectionis dulcedo parētibus ad proles prolium suarum, & viceversa. Sed præsupponit fuisse etiam inter Christum & suam aviam. Ergo ceterum est quod dederit ei aliquod singulare donum spirituale, quod potuit, habuit, & voluit. Qualiter vero secundum carnem Christo propinqua extitit, haberur in hodierno euangelio, vbi dicitur: Liber generationis Iesu Christi, filii Dauid, filii Abraham. Primo ponitur Dauid potius quam Abraham, quia recensitor & abundantior est ad eum de Christo facta res promissio. Recentior, quia Abraham præcesserat Dauid ad multa centena annorum. Abūdator, qā Abrahā semel legitur facta re promissio in libro Genesios vbi dicitur: In te benedicentur vniuersit̄ cognatiōes Genesi. 12 terra. Et iterum: Benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae. Quod exponens Apostolus, dicit: Abrahā dictae sunt promissiones, & semini eius, &cet. Et subdit. Semine tuo, qui est Christus. Similiter Isaac promissio facta est Genesi. 26, vbi dicitur: Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae. Similiter Iacob facta est promissio in libro Genesios, vbi dicitur: Benedicentur in te, & in semine tuo cunctae tribus terrae, istis tribus principalibus patriarchis factae sunt promissiones, & semini eorum qui est Christus. Dauid vero factae sunt plures promissiones, ut patet in Psalmis & prophetis de eo, quae recensere esset prolixum. Hinc tenacius adhæsit memoria sapientie per prophetas repetita promissio, & iam in usum versum fuit dicere. Messias, id est, Christus, nascetur ex familia Dauid. Quapropter interrogauit dominus Iesus Christus Iudeos dicens: Christus cuius filius est? Scitis quid ei responderetur, scilicet Dauid. Ideo mulier Chananæa, & cæcus appellauerunt eum filium non Abraham, non Isaac, non Iacob, sed Dauid. Cuius ultra alios patres in genealogia Christi positos, ipsum regalis, prophetalis & patriarchalis dignitas

Genesi. 26  
Genesi. 28

Matth. 23  
Matth. 15  
Lucæ 18

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

extollebat. Hinc est quod euangelista intendens Iudeos ad fidem Christi vocare, in principio appellat eum filium David. Et deinde filium Abrahæ, qui fuit origo populi dei ex omnibus terræ gentibus, ad dei cultum præelecti, quem populum decut propter incarnationem filij dei futuram, maiore præ cæteris gentibus fulgere sanctitate. Cum vero euangelista, pere uenisset recto tramite ad Ioseph & Mariam, ex quisbus coniugibus Christus nasci naturaliter deberet, si cut præcedentes oës geniti fuerant, modù generationis Christi inseruit, dicens: Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam couenirent inuenta est in utero habens (s. f. prol.) de spiritu sancto. Fuerunt ergo veri coniuges Ioseph & Maria, ita ut in veritate per eos Christi genealogia posset computari, sed non eodem modo sicut cæteri genuerunt. Ergo de Ioseph nihil accepit Christus dñs in sua generatione, quoad carnem, sed totū quod carnis est in Christo, acceptum est de virginea matre, de cuius purissimis sanguinibus spissans dñs deus, corpus Christi formauit. Quia decut Christus deum, ut de immaculato semine nasceretur, quod non poterat in humana natura inueniri. Ergo virtus spiritus sancti obumbravit virginem matrem i.e. occulte operabas in ea conceptum filij dei. Propter hoc tamen spiritus sanctus non potest dici pater filij dei, quia tota trinitas operabatur Christi incarnationem & conceptum, sed solius patris in diuinis, & matris Mariæ solius in terris, filius est Christus. Quia vero apostolus dicit de filio dei. Qui factus est ei ex semine David secundum carnem, quā tñ solum accepit à matre necesse est fateri parentes (vnde caro Mariæ matris Christi processit) fuisse de semine David secundum carnem (quos parentes nos vocamus Iacobim & Annam) & hoc per Salomonem, sicut describit Matthæus Christi genealogiam, & non per Nathan, qui fuit filius

Huius adoptivius, quā genealogiam scribit Lucas. Ergo  
beata Anna fuit genita ex nobilissima stirpe totius  
generis humani, & patriarchali sanctorum, & pro-  
phetali, & regia, coniuncta Christo sola sua filia Ma-  
ria mediante, scilicet eiusdem Christi matre, tanquā  
olua procedēs florem & fructum. Ipsa (cui Christus  
filius eius nihil negat) impetrare nobis omnibus di-  
gnetur spiritualem cognitionem cum suo Christo,  
de quo scribit Matthæus: Quicunq; fecerit volunta-  
tem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, & so-  
ror, & mater est.

**¶ Qui fratres domini Iesu secundum car-**  
**nem sint, & qui secundum spiritum, de p̄**  
**mio item essentiali & accidentalī beatæ**

**Annæ. Exhortatio II.**

**V**icūq; fecerit voluntatem patris mei  
qui in cœlis est, ipse meus frater, soror  
& mater est. Matth. 12. His verbis p̄-  
mittitur ab euangelista, quod Iesu lo-  
quente in domo ad turbas, mater eius  
& fratres stabant foris quærentes log-  
i. Dicit autem ei quidam. Ecce mater tua, & fratres  
tui foris stant, quærentes te. At ipse respondens dicē-  
ti sibi ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?  
Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce  
mater mea, & fratres mei. Quicunq; em fecerit volun-  
tatem patris mei, q; in cœlis est, ipse meus frater, soror  
& mater est. Ex quibus verbis manifeste habemus, q;  
dominus Iesus, sapientia dei, quæ secundum Baruch  
in terra visa est, & ipse verus deus humanatus, sicut  
cæteri homines, fratres habuerit & cognatos. Erat  
quippe de domo & familia Dauid. Ecce q; parvus, q;  
humilis factus est dñs angelorum in medio filiorum  
Adam. Fratres vero hic dicūtur cognati non germa-

**Lucas 3**

**Matth. 12**

**Cor. 1**

**Baruch. 5**

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Hierony. n. De hoc latius disputat Hieronymus contra Helius  
Fratres 4. dium, vbi inter cætera dic. t: Sciendum est, quatuor  
modis in scripturis diuinis fratres. d. ci, natura, gene-  
cuntur.  
Deuter. 17 te, cognatiōe & affectu: Natura, vt Eiau & Iacob. Ge-  
te, vt oēs Iudæi fratres inter se vocantur, vt in Deus  
teronomio: Non poteris constituere super te homi-  
nem alienum qui non est frater tuus. Porro cognatiōe  
fratres vocantur, qui sunt de una familia, sicut  
in Genesi dixit Abraham ad Loth: Non sit rixa inter  
te & me, quoniam fratres sumus. Affectu etiam fra-  
tres dicuntur, quod in duo dividitur, in speciale scilicet  
et commune. In speciale, quia omnes Christiani  
fratres dicuntur, vt saluator dicit: Vade dic fratribus  
meis: Porro in commune, quia omnes homines ex uno  
patre nati, pari inter nos germanitate coniungimur, sicut ibi: Dicite Ihs qui oderunt vos, fratres no-  
stris vos estis. Interrogo ergo iuxta quem modum fra-  
tres domini in euangelio appellantur. Et post pauca  
concludit, dicens. . Fratres eos intelligas appellati-  
os à cognatione, non affectu, non gentis priuilegio  
non natura, Hæc Hieronymus. Qui autem fuerunt  
illi cognati qui cum matre Iesu foris stabant, incer-  
tum est. Fratres enim Simon & Thadæus consobri-  
ni ex materterea Iesu, secundum Hieronymum, iam  
erāt electi, inter Apostolos, & cum sermocinante do-  
mino, cum cæteris Apostolis credendi sunt in domo  
fuisse presentes. Credendum est dominum Iesum plu-  
res habuisse cognatos. Sancta Anna fuit olia fructi  
fera. Et si ex se proles non habuit multas, puto ex eu-  
angelio duas scilicet Mariam matrem dei, & Mariam  
matrem Iacobi minoris, & ex historia Mariam ma-  
trem Iacobi majoris, tamen à lateribus habuisse plus  
res non dubitatur, cum euangelium hoc in præsentis  
loco, & alibi de non creditibus in Iesum manifeste  
fateatur. Nunc oritur quæstio, cur mater Iesu impor-  
tuno tempore quebat loqui cū eo occupato in ope-

DE BON. DIVIN. LIB. III. Fol. 305

dei saluberrimos? Timendum ei erat & fratribus cui  
quibus venerat, ne diceretur eis. Quod est quod mihi  
loqui queritis? Nescitis, quia in his quae patris mei  
sunt, oportet me esse. Videtur mihi ( quamuis in nul-  
lo hoc doctore repererim ) quod pietate hoc pia mas-  
ter Iesu fecerit, aggregatis cognatis, necessariisque  
amicis. Dicitur enim apud Marcum post electionem  
apostolorum sic: Et venerunt in domum, & conue-  
nit iterum turba, ut non possent neque panem mandu-  
care. Et cum audissent sui, exierunt tenere eum. Dis-  
ceabant enim quoniam in furorem versus est. Hec ex  
euangelista Marco. Glossa. Illi qui erat de cognatiōe  
Iesu ex parte matris, videntes insolitum ferorem  
in eo, quia propter ferorem prædicandi, omittebat  
horam comedendi, videbant etiam in vultu eius in-  
solitam claritatem ex virtute diuinitatis procedente.  
Item audiebant eum loquētem de diuinis ardua & in-  
solita, & per consequens eis non intelligibilia, ideo  
credebāt eū loqui sicut arreptitū, vel furiosum. Ideo  
voluerunt eum tenere & ligare, ne sibi vel alijs posset  
nocere. Et isti mouebantur pietate. Item venerabilis  
Beda ait: Quia altitudinem sapientiae quam audie-  
bant, capere non poterant, quasi in alieno eum sensu  
loquitum esse credebant. Item Theophilus: In fu-  
torem versus est, id est, dæmonium habet, & furit, &  
ideo eum tenere volebat, ut incarceraarent, tanquam  
demoniacum. Et quidem sui hoc volebant, id est pro  
pinqui, forte conterranei, vel fratres eius. Videtur  
itaq; mihi, quod pia mater voluit hoc malū filio suo  
præcharissimo imminens prævenire, & eum ( cū sus-  
is necessarijs amicis) monere cum adhuc in turba cū  
discipulis esset, qui possent eum defendere ne capere  
tur. Per istud obtunditur opinio dicentium quod à  
diabolo, & ex vana gloria mater Iesu & fratres eius  
moti fuerunt ad nuntiandum præsentiam eorum. Di-  
stum etiā illorum qui dicunt quod insidiator fuit il-

Lucæ. 2

Marc. 3

D. PETRI LEYDIS CARTHVS,

le qui nuntiauit matrem Iesu & fratres fortis stare, &  
quærere loqui ei. Q[uo]d esse potest, q[uo]d nuntius Mariæ  
esset insidiator? Quod vero matri nuntiū non reme-  
rit, sed dixit, q[ue] est mater mea & fratres mei, hoc (se-  
cundum Chrysostomum) nō dixit matrem & fratres  
omnino reprobando, sed ostendens q[uo]d super omnem  
cognatiōem temporalem oportet propriam animā  
præhonorare. Item Hieronymus: Non inquit, ma-  
trem negavit, sed apostolos cognitioni prætulit, vt  
& nos in cōparatione dilectionis, carni sp̄m præferas-

Exod. 20  
Math. 15  
Marc. 7  
Ephesi. 6  
Dionysius  
Carthusi.

Nec maternū refutat obsequiū pietatis, cuius  
pceptum est: Honora patrē tuum, & matrem tuā, sed  
paternis sc̄ mysterijs, vel aff. cōtribus amplius quā ma-  
ternis debere, demonstrat. Item testatur Dionysius  
Carthusi. super illud: q[ue] est mater mea, & q[uo]d sunt fra-  
tres mei? Hoc inq[ui]t. dicit non aspernando, vel negan-  
do matrem carnale atq[ue] cognatos, sed ad ostendē-  
dum, q[uo]d non habeat matrē & fratres carnales, sed eti-  
am spiritales. Itē q[ui]t doceat nos carnalē affectū abī-  
cere, & opere dei nihil præferre, Hæc ille. S equit: Et  
extendens manū in discipulos suos, dixit: Ecce ma-  
ter mea, & fratres mei. Dionysi. Carthu. quod tribus

Dionysius  
Carthusi.

modis intelligi potest: Primo sic. Mater mea & fra-  
tres mei sunt. i. tā dilecti, vt mater & fratres diligunē  
Secundo sic. Tanto propinquiores sunt mihi, quans-  
to amplius intenti sunt rebus diuinis. Tertio sic. Ma-  
ter mea sunt, per contēptionē internā sp̄ualiter me  
conciipiunt, & per prædicationem ac vitā exēplarem  
generant me in cordibus aliorū, sicut Apost. ait: Fili-  
oli mei, quos iteḡ parturio, donec forme f̄ Christus  
in vobis. Sic ergo ḡhant me. i. esse & habitare me fa-  
ciunt in aliorū p̄cordijs, iuxta illud Apost. Habitare  
Christum per fidem in cordibus vestris. Et fratres  
mei sunt, non solū q[uo]d eiusdē naturæ mecū, sed quia  
op̄a patris mei faciunt, mīhiq[ue] affectū & ope similes  
sunt. Quicq[ue] em feceris (s. perseveranter) volūtate

Ephesi. 3

DE BON, DIVIN. LIB. III. Fol. 306

patris mei q in cœlis est (diuinis. s. pceptis, seu confis-  
lijs obediendo) ipse meus frater, & soror, & mater est  
Imo felicior est conceptio spiritualis q carnalis, secū-  
dum q lib. de virginitate asserit August. Beator fuit  
Maria profitendo fidem Christi, q concipiendo cara-  
nem Christi. Quia nil ei materna profuisset propinq-  
tas, nisi Christum gestasset felicius corde q ventre.  
Hæc Dionysi. Carth. Itē Greg. in Hom. Fideles qdē  
discipulos fratres noiare dignatus est dñs, dicēs: Ite  
nuntiate fratribus meis. Qui ergo frater dñi fieri ad  
fidē veniendo potuit, querendum quo etiā esse possit  
mater. Sed sciendū nobis est, q a q Christi frater, vel  
soror est in credendo, mater efficit prædicando. Qua-  
si eñ parit dñm, quē cordi audientis infidit, & mater  
eiusefficit, si p eius vocē amor dñi in pxiini mēte ge-  
nerat. Itē B. Iohannes Chrys. Cū h̄s aut q dicta sunt  
& aliud nos docuit, vcz in nulla cognitione confidē-  
tes virtutē negligere. Si eñ matri nihil prodest ma-  
trem esse, nisi virtus adesseret, qd utiq; alius per cogna-  
tionem saluabit? Vna eñ nobilitas sola est, dei facere  
voluntatē. Et ideo sequit: Quicūq; eñ fecerit volun-  
tatē patris mei q in cœlis est, ipse meus frater, soror  
& mater est. Multæ mulieres beatificauerunt S. vir-  
ginem illā, et eius vtig, et optauerunt tales fieri ma-  
tres. Quid est igit qd prohibeat? Ecce latā vobis con-  
stituit viam: & licet non mulieribus solum, sed & vi-  
ris fieri matrē dei. Debitō ordine locauit dñs fratrem  
& sororē ante matrē, quasi diceret primo aliquis mi-  
hi sit frater & soror p fidē & opationē, & tunc sit ma-  
ter mea p prædicationē. Magnæ ergo dignitatis est  
Christo coniugi p cognitionē carnis, sed maior est  
coniunctio spiritalis, maxima qd est coniunctio cū Chri-  
sto in carne & spū simul. Vtq; proximior carnis vicī-  
nitatis (sicut est picipue matris ad filiū, vt in Maria, vel  
auia ad nepotē, vt in beata Anna) exigebat, p diui-  
na reverentia ornatum spiritualem etiam eminentiō

Greg.

Chrysoft,

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

gem cæteris. Quapropter per nuntium suum intimauit futuræ suæ matrì, gratiæ diuinæ plenitudinem, dicens: Ave gratia plena. Ave vero suæ gratiam prætulit in vocabulo, ut nominaret Anna. i. gratia. Cresdo quod præ cæteris sanctis in beatissima Anna quæ dei matrem pagere deberet, abundantia diuinæ gratiæ refulserit, per quam deiformis efficeretur, hoc est, cōfors diuinæ nature per participationem, ex qua fides spes & charitas deriuantur, quibus etiam vt in proportionatos actus, scilicet ad promerēdum vitâ æternam (quod proportionem hominis naturalem excedit) proficiunt valeant, à deo adiunguntur virtutes morales. His omnibus ornata fuit superbenedicta domina Anna, mater dei genitricis Mariæ, haud dubium vt nemo digne earum virtutum donorumq; spirituslaucti excellentiam & actus meritorios ex eis procedentes, cogitare aut estimare posset. Gratia vero vita æterna (inqt Apostolus) q; gratia est arra gloriæ. Gloria enim est perfecta gratia. Cum igitur fuerit in hac vita beata Anna maior in gratia, erit & maior in gloria. Et hoc quoad essentiale præmium, videndo & amando deum, atq; fruendo. In accidentali præmio habet inter cætera nobilissimum, q; a videt filiam suam in tanta excellentia super omnes choros angelorum, & omnes sanctos exaltatam. Super-excellit autem gaudium quod habet de filio filia sue domino Iesu Christo omnium saluatore, quem intueritur diuinitati vnitum vniom personali, verum deū & verum hominem de sanguine suo natum. Fratres charissimi quamuis secundum carnem cognati domino Iesu esse nequeamus, simus tamen secundum spiritum filij, fratres, sorores, per fidem, matres per fructum, quia omnium (secundum Ambrosium) fructus est Christus. Imo per bonorum exemplorum & verborum prædicationem matres Iesu, nedum inter nos, sed etiam inter extraneos quando nos visitant,

Roman.

DE BONI. DIVIN. LIB.III. Fol. 307

inferendo ipsis vituperationem vitiorum, laudem vero virtutum atque bonorum morum, terrorem insuper eis intentantes aeternorum suppliciorum, & gaudia aeternorum praemiorum, ut a nobis abeuntes, sa: le se sacerdotum conditos gaudeant, & alijs referant Tales suos fratres dominus Iesus non aspernabitur sed expansis manibus, nobis in omnium sanctorum & maxime sue subbenedicte matris & fratribus, id est, cognitorum suorum, præcipue autem suæ charissime sanctæ Annæ præsentia dicet: Isti sunt fratres mei & mater mea. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse meus frater, soror & mater est. Sic isti tecerunt, fide, opere, exemplari & prædicatione. Idcirco possidebunt regnum patris mei in secula seculorum, Amen.

FINIS TERTII LIBRI.

P S